



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicae Sive Ius Ecclesiasticum

Wiestner, Jacob

Monachii, 1706

Titulus XII. De Causa Possessionis & Proprietatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62656)



TITVLVS XII.

De Cauſa Poſſeſſionis & Proprietatis,

Requenter in idem iudicium deducuntur cauſæ Poſſeſſionis & Proprietatis, ſive de iis ortæ quæſtiones; quæ proinde quò modò & ordine in iudicio proponendæ & tractandæ ſint, ad hanc Rubricam eiq̃e ſubjectos textus diſcutiendum eſt.

ARTICVLVS I.

De Poſſeſſionis Natura, Varietate & Emolumenti,

SUMMARIUM.

1. Poſſeſſionis varia ſignificatio;
2. Etymon & definitio;
3. Quà illa dicitur detentio.
4. Rei corporalis,
5. Non prohibita,
6. Non ſolo corpore, ſed animò quoque,
7. Eam ſibi habendi.
8. Comodatarius Conducitor &c, non poſſeſſores,
9. Sed in poſſeſſione tantùm ſunt.
10. Poſſeſſio omnis Juſta vel Injuſta,
11. Bona vel Mala fidei,
12. Naturalis vel Civilis ſimul, vel alterutra tantùm eſt.
13. Quæ diuiſio declaratur exempò.

14. Poſſidentis in dubio melior conditio eſt.
15. Bona fidei poſſeſſor non reſtituit fruſtus conſumptos,
16. Rem adminiſtrat,
17. Eam, donec evincatur, retinet,
18. Et contra vim defendit:
19. Probandi onere ſerè revelatur,
20. Et rem, cum tempore præſcribit,
21. Ejusque dominus eſſe præſumitur.

Poſſeſſionis vocabulum, Grammaticali derivatione à Verbis Poſſe & Sedere ortum, varias habet ſignificationes; nam, ut alias omniam, in Jure aliquando res, quæ in noſtro patrimonio ſunt & poſſidentur, l. Cum miles ii. ff. de Alienat. jud. mut. cauſ. Aliquando earum dominium ſeu proprietatem, l. Interdictum 73. ff. de V. S. aliquando uſucapionem, quæ eſt ejus legitime continuatæ effectus, l. Ait Praetor 33. §. 1. ff. Ex quibus cauſ. major. Frequentiſſimè & ut hic, proprie ſignificat detentionem ſive inſiſtentiam rei, quam Græci Κατοχήν vocant, l. 1. pr. ff. de Adquir. & amitt. poſſ.

Hòc modò genericè acceptæ, & à Pedum ſecundùm vulgatam, vel ſecundùm Florentinam lectionem, l. 1. pr. ff. de Adquir. & amitt. poſſeſſ. à Sedum in re, vel loco aliquo poſitione ita nuncupata Poſſeſſio.

tæ Poſſeſſionis permultæ, & in dies no-
væ definitiones à DD. afferuntur & rei-
ciuntur, ut teſte Bachovio in *Treutl. diſp.*
21. lit. B. ex Jurium peritiſſimis aliqui,
idoneam excogitandi non profuturò la-
bore omnino ſuperfedendum, exiſtimã-
rint: quorum ſalvâ authoritate Poſſeſſi-
onis propriè acceptæ ſpecies omnes & lo-
las complecti videtur, quâ ea, ad præci-
pui in Jure nominis RR. præfertim DD.
mentem, eſſe dicitur Apprehenſio vel
potius detentio rei non prohibita; ani-
mò eam ſibi habendi.

3. Dicitur primò, *Detentio*; quia poſ-
ſeſſio apprehenſione inchoatur. Intelli-
ge, *verâ vel ſictâ tantum*; quia poſſeſſio
non tantum reali manuum pedumve, aut
ſedium poſitione, vg. gemmam vel the-
ſaurum inventum, aut ſeram captam ap-
prehendendò, ædes vel fundum emptum
ingrediendò: ſed etiam, ex diſpoſitione
Juris, per actum ejusmodi reali apprehen-
ſioni æquivalentem, ut ſunt inveſtitura,
clavium traditio &c. acquiri poteſt, c.
Per tuas 5. de Donat. C. l. 1. S. 21. ff. de
Acquir. vel amit. poſſ.

4. Dicitur ſecundò, *Corporalis*, l. *Pos-
ſideri 3. pr.* immobilis, vel etiam mobilis,
l. *Si rem mobilem 47. ff. ibidem.* Non
incorporalis, ut vg. ſunt ſervitutes, jus
eligendi, decimandi, beneficium Ecce-
ſiaſticum; quia hæc propriè non poſſi-
deri, ſed *Quaſi poſſideri* dicuntur, c. *Cum*
*Ecceſia 3. junctâ Gloſſâ. V. Quaſi poſſeſ-
ſionem C. l. Si quis diuturno 10. ff. Si ſer-
viti. vindic.* Hanc tamen Juris, inter
veram & quaſi-poſſeſſionem diſtinguen-
tis, accuratationem ſæpe non obſervari, &
rebus incorporalibus poſſeſſionem paſ-
ſim attribui, cum Covarruvia in *Reg.*
Poſſeſſor. p. 2. pr. num. 2. notat Haunold.
Tom. 1. de J. & J. Tract. 3. n. 203.

5. Dicitur tertio, *Non prohibita*; quia
ad poſſeſſionem requiritur, ut ei Jus non

reſiſtat quoad rem, circa quam verſatur;
ſicut poſſeſſioni rei Sacræ, Religioſæ, Ec-
cleſiaſtica, vel beneficii Ecceſiaſtici re-
ſpectu laici, vel rei publicæ utilitati de-
putatæ reſpectu privati; ut illas laicus,
has privatus detinens non gaudet com-
modis poſſeſſionis; vg. ut rem detentam
præſcribat, relevetur onere probandi, ex-
hibendi titulum &c. Haunold. *ibid. num.*
206.

Dicitur quartò, *Animò*; quia ad ac-
quirendam poſſeſſionem non ſufficit rem
apprehendi corpore; aliàs enim poſſide-
retur, quidquid calcatur pedibus, vel ma-
nibus atrectatur: neque etiam ſolus a-
nimus ſibi eam habendi, l. *Quemadmo-
dum 8. ff. de Acquir. poſſeſſ.* quia aliàs par-
tes mundi necdum repertas poſſideret,
qui eas vellet eſſe ſuas.

Neque obſtat; quòd poſſeſſio, quæ
dicitur *Civiliffima*, ſine vera aut ficta cor-
poris detentione, & animi etiam ullâ af-
fectione ab uno in alium transferatur: ſi-
cut in Gallia, Hiſpania, Italia & alibi ma-
joratum aliorumve defuncti bonorum
poſſeſſio tranſit ad proximum agnatum,
etiam ignorantem: quantumvis fortaiſſis
ab alio occupata, imò ab ipſo defuncto
ante obitum tradita jam ſint, apud Co-
varruviam *pr. cit. n. 1.* & Molinam *Tract.*
2. de J. & J. diſp. 12. n. 18. Non, inquam,
hoc obſtat, partim; quia à nobis traditâ
definitione explicatur poſſeſſio, de qua
agunt leges Romanæ: partim; quia in Re-
gnis illis à Republica, ejusmodi leges ap-
probante, ſuppletur defectus animi, & i-
pſius etiam corporalis prehentionis ac de-
tentionis in ſubdito, cui talem poſſeſſio-
nem concedit; ut cum DD. illis notat
laudatus Haunold. *n. 270.*

Quintò demum dicitur, *Eam ſibi*, 7.
ſive ſuo nomine & cum affectu domini,
habendi, ſive ei tanquam ſuæ inſtitendi, ut
excludatur detentio, quæ in ſola prehentione ſi-

sione, sive insistentia rei, animò eam non sibi habendi: sed custodiendi, servandi, utendi, fruendi consistit: qualem habent depositarius, qui custodiendi, l. 1. pr. *V. Custodiendam*. ff. *Depositum*; in possessionem missus ex primo decreto, qui rei servanda, c. 1. c. *Cum sicus* 2. de *eo, qui mittit*. Sc. commodatarius, colonus, conductor usu & fructuarius, qui eà utendi, fruendi. l. 1. §. 1. *Si ut ceres* §. §. 15. ff. *Commodati*, l. *Cui usus* Sc. ff. *de Usu & habit.* l. 1. Sc. ff. *de Usufructu*: creditor, qui in ea sibi cavendi, l. *Plus* 25. ff. *de R. J.* & alii, qui aliò, quàm sibi habendi animò, rem detinent, & propterea earum possessionem propriè non habent, ut de commodatario & conductore, l. *Officium* 9. ff. *de R. V.* de colono, l. *Non solum* 33. §. 1. ff. *de Usurp.* & *Usucap.* de *Usu* & fructuario, l. *Acquiruntur* 10. §. *fin.* ff. *de Acquiri poss.* de eo, qui missus est in possessionem, l. *Officium* cit. Scap. *fin.* §. *In alia*, *Ut lite non concess.* de creditore, l. *Sciendam* 15. §. 2. ff. *Qui satisd.* cog. de alijs alibi habetur. Unde hi tales propriè non possidere, sed in possessione esse, l. *Si quis ante* 10. §. 1. ff. *de Acquir. poss.* ii autem, quorum nomine in possessione sunt, eas per ipsos possidere dicuntur, l. *Possidere* cit. §. 12. l. *Generaliter* 9. l. *Quod mea* 18. pr. ff. *eàdem Rubr.*

10. Neque obstat; quòd eorum aliqui possidere dicantur vel simpliciter, ut creditor, l. 1. §. 15. vel saltem naturaliter, ut fructuarius, depositarius, colonus, conductor, l. *Naturaliter* 12. pr. ff. *ibid.* & l. *communis* 7. §. 11. ff. *Communi divid.* quia id fit abusive, & nomine possessionis latius acceptò: quò sensu possidere dicuntur, quicunque alieno nomine sunt in possessione, Donellus, *Lib. 5. Comment. cap. 6.* & Haunold. *Tom. 1. de J. & J. Tracl. 3. n. 209. in fine.*

Possessionis ita declaratae celeberrimae duae sunt partitiones Prima in Justam & Injustam, l. *Possideri* cit. §. 5. *Et Justa* 2. ff. *Uti possidetis*; quarum ista, ut furum & prædonum, iustò seu legitimo titulo destituitur: illa verò, ut quæ res dominum non habens, aut à domino donata apprehenditur & detinetur, ejusmodi titulus nimitur, & dici potest, jus detinendi rem non prohibitam, animò eam sibi habendi, sive cum affectione domini, eò ferè sensu, quò Bartolus Possessionem in genere definit, in l. 1. ff. *de Acquir. poss.* n. 6. Divisio hæc à cit. Donello cap. 7. confunditur cum ea, quæ Possessio alia Bonæ, alia Malæ fidei dicitur esse: Sed perperam; cùm illius bona aut mala fides à iusti seu legitimi tituli examinatione sive opinione potius, quàm veritate desumatur: & qui rei apprehensionem detentionemve ejusmodi titulus niti per errorem credit, bonæ fidei possessor sit, licet titulus ille revera non subsistat, arg. §. *Si quis à non domino* 3. *Instit. de Rer. divis.* & contrà, malæ fidei possessor sit, qui rem suam detinet, si per errorem existimet, eam esse alienam: vel etiam si dubitans, an sua sit, eam apprehendit, ut amplius declarabitur, *Tit. 26. §. 39.*

Altera in Naturalem, vel Civilem tantum, & Naturalem ac Civilem simul, l. *Legatorum* 2. §. 1. ff. *pro Hærede*: quarum primà res corpore, alterà animò solò, l. 1. §. 24. ff. *de Vi armata*; ac proinde postremà corpore & animò simul teneri, nec malè, asseritur: licet eam sibi habendi animò etiam detineat, qui ejus possessionem tantum naturalem habet, ut patet in exemplo, quò divisio hæc solet declarari. Titius ex fundo, quem corpore simul sibi que habendi animò & cum affectione domini solus detinebat, egreditur, nemine in eo custode relicto, aut

ex eo vi expellitur; atque ita corpore, neque per se, neque per alium, ei infilit; animò autem & affectione eadem, quã prius, detinet. Subinde fundum illum ingreditur, aut expulsò Titio, violenter occupat, sibi que habendi animò detinet Caius. Hòc casu Titius, antequam ex fundo egrederetur, possessionem eius Naturalem & Civilem simul; quia corpore simul & animò, eum sibi habendi, solus detinuit. Egressus autem, vel eò vi deiectus, hòc ipso; quòd neque per se, neque per alium ei infilit, Civilem tantum retinet possessionem; naturaliter eum nemine possidente, antequam eum clam, aut vi & sibi habendi animò ingrederetur Caius. Hoc autem eum ingressò Titius, quamdiu eum sibi habendi & recuperandi animum non deposuit, possessionem saltem Civilem, vi cuius eum v.g. usufruere potest, ex Juris dispositione retinet, §. Possidere 5. Instit. de Interdictis, Caio solum Naturalem habente & retinente, quamdiu Titius illum recuperandi animum non deponit; quòd, etsi fundo eum sibi habendi animò infilit, Jus tamen ipsi non assitit, imò resistit, rem ipsi iubendò auferri; quòd modò non possidere videtur, l. Non videtur 22. ff. de Adipisc. poss. Lessius Lib. 2. de J. & J. cap. 3. à n. 43. Vallenf. ad hanc Rubr. §. 1. n. 10. & Haunold. cit. Trañ. 3. n. 210.

74. Porro Possessionis, etiam cum dominio & proprietate rei non conjunctæ, commoda & emolumenta non pauca & non parvi momenti sunt.

Primò enim in dubio, quisnam ex duobus vel pluribus rei dominus sit, melior est conditio possidentis, per Reg. in pari 128. ff. & 65. in 6. ut, si adhibita, quam rei qualitates exigunt, investigandi diligentia, quis ejus dominus sit, deprehendi nequeat, possessor eam retinere, fructusque ex ea perceptos & bonâ fide

consumptos restituere, nisi in quantum locupletior factus est, non teneatur; quantumvis postea, eum rei dominum non fuisse, constat, l. Quæsitum 40. & l. Bona 48. ff. de Acquir. rer. dominio cit. Molina disp. 16. n. 2. & Haunold n. 201.

Secundò, idem possessor rem, quam bonâ fide suam existimat, ejusque fructus alienans, si postea eam ad alium pertinuisse appareat, plus restituere non tenetur, quàm inde locupletior evasit, l. Item veniunt 20. §. 6. junctâ Glossâ V. Facti essent, ff. de Hæredit. petis. Pirthing ad hanc Rubric. n. 5. V. Quartò.

Tertiò, rem bonâ fide possidens habet eius administrationem; sic enim quasi possessionem iuris conferendi, eligendi, præsentandi &c. habens, beneficia Ecclesiastica conferre, ad ea eligere & præsentare validè potest, ut desumitur ex c. Quærelam 24. de Elect. & c. Consultationibus 19. de Jure Patronat. Pirthing cit. n. 5. V. Tertio. Ratio est; quia huiusmodi actus sunt quasi fructus eiusmodi iurium: fructus autem bonæ fidei possessor facit suos, l. Bona cit. Panormit. in c. Cùm olim 7. hanc Rubr. n. 7.

Quartò, qui litis contestatæ tempore rei possessionem habere reperitur, in ea à iudice defendi & conservari debet, donec de illius proprietate contra ipsum pronuntietur: nisi rem vi, clam, aut precario possideat, l. 1. ff. Ut possid. & l. 1. c. de Servitut. Idem V. Sextò.

Quintò, possessionem, qui habet, eam contra turbatores, ipsorum violentiâ vi repulsâ, inculpatæ tamen tutelæ moderamine servatò, tueri: eâ deiectus spoliatorem, sive deicientem in contumaciti iterum deicere; itaque possessionem recuperare propriâ autoritate potest, l. Quod est 3. §. 9. ff. de Vi armata & l. 1. c. Unde vi, Panormit. in c. Item cùm 6. de Restit. Spoliat. n. 4. & cit. Molina n. 14.

A a ;

Sextò,

19. Sextò, iudiciò Petitoriò conventus possessor dominus esse præsumitur; & propterea probationis onere relevatur, idque ordinariè reicit in adversarium, *l. Circa eum 14. ff. Et l. Possessiones 2. C. de Probat.* qui propterea, si in dominii probatione deficiat, causà cadit, §. *Retinenda 4. V. Commodum, Instit. de Interdictis Et l. fin. C. de R. V.* quod utique momenti & considerationis maximæ emolumentum est, propter difficultatem probationis dominii seu proprietatis, *c. Sape 18. de Restit. Spoliat. cit. Molina n. 1. Et Haunold. n. 200. §. Tertium.* Dixi, Regulariter; quia, si vehemens præsumptio de detentionis injustitia contra possessorem staret pro actore, non huic, sed illi probandi onus subeundum foret, *Glossa in l. Vis ejus 15. V. Aufugisse Et l. Uti possidetis 16. V. Facti C. de Probat.* Unde

Septimò, possessor eòdem iudiciò conventus regulariter edere non tenetur titulum, seu causam suæ possessionis, *l. Cogi 11. C. de Petis. hered. nisi pro actore præsumptio sit, Glossa cit. Tiraquell. de Jure Primogen. q. 17. n. 21. & Palao Traët. 31. disp. Unic. p. 24. §. 3. n. 2.*

20. Octavò, rei possessione Civili legitimò tempore & bonâ fide continuatâ, acquiritur ejus dominium: etsi hoc revera possessoris nunquam fuerit, *l. Usucapio 3. ff. de Usurp. Et Usucap. Et l. Traditionibus 20. C. de Pactis.* Qua de re latè *Tir. 26. totò*

21. Nonò, eadem possessio, longissimò triginta vel saltem quadraginta annorum tempore continuatâ, si possidenti Jus non resistat, fundat præsumptionem tituli, *l. Omnes 4. C. de Prescript. 30. vel 40. annor. Et c. 1. pr. de Prescript. in 6.* continuatâ autem tempore immemoriali ejus præsumptionem, quæ Juris & de Jure est, inducit: habetque vim privilegii, ex certa scientiâ Principe concessi; ut eâ me-

lior de mundo titulus allegari non possit, ut *ex c. 1. cit. §. fin. c. Super quibusdam 26. V. Præterea, de V. S. Et l. Hoc jure 3. §. 4. ff. de Aqua quorid. Et ali. multis DD. relatis, notat Barbosa in c. Sa. per cit. à n. 4.* quæ aliæque possessionis emolumenta in hujus libri decursu amplius declarabuntur.

ARTICULUS II.

De Possessionis Acquisitione & Amissione.

SUMMARIUM.

22. Possessor rei corporalis acquiritur vel apprehensione verâ,
23. Saltem quoad aliquam ejus partem,
24. Vel sicut per clavium, scripturam,
25. Brevis, aut longè manûs traditionem:
26. Per investituram,
27. Appositionem custodiæ, aut signationem:
28. Per substitutionem & clausulam Constituti.
29. Aliquando acquiritur solius legi dispositione.
30. Rei incorporalis quasi possessio acquiritur v.g. Juris usu,
31. Accedente scientiâ & patientiâ alterius:
32. Vel jure uti volentis prohibitione,
33. Ad eam acquirendam aliquando sufficit unicus:
34. Aliquando plures actus exiguntur.
35. Possessio amittitur morte naturali,
36. Et animò eam non retinendi:
37. Rei amissione,
38. Sine spe recuperandi.

Possessio

42. **P**ossessio per se vel per alium, puta, filium, servum, procuratorem, fructuarium & similes: & si rei corporalis sit, duobus modis, verâ scilicet, aut fictâ ejus apprehensione, vel nullâ hujusmodi apprehensione interveniente, ipsius legis dispositione comparatur.

Verâ &, quando res sine alterius eam nobis tradentis voluntate acquiritur, omninô necessariâ apprehensione comparatur, cum quis feram, piscem, volucrum, gemmam in maris litore repertam, thesaurum, aut aliam rem mobilem manibus capit: aut immobilem v.g. prædium, sylvam, insulam pedibus ingreditur, eique insitit, animô eam sibi habendi, *l. Possideri 3. §. 1. & l. Quemadmodum 8. ff. de Acquir. poss.* neque enim, qui fundum, possidet, eô ipsô etiam possidet thesaurum, quem in eo reconditum ignorat; propter defectum hujusmodi animi sive intentionis possidendi: sicut propter defectum apprehensionis ejus possessionem non acquirit, qui in eo defossus sciens non attingit, *l. Possideri cit. §. 3. Perez in C. de Acquir. poss. n. 4. & Wisenbach disp. 19. in ff. Lib. 41. n. 11.*

43. Nequaquam tamen ad acquirendam rei immobilis, v.g. prædii vel domus, possessionem necessarium est; ut quis singulas ejus partes obambulet, & pedibus calcet: sed satis est, si ejusmodi animô, ad omnes se extendente, alicui & cuilibet ejus parti insitit. Simili modo ad rerum mobilium aliquô locô conclusarum possessionem acquirendam sufficit, ejusmodi locum, animô etiam mobilium possessionem comparandi, apprehendi, *l. Possideri cit. §. 14. & arg. l. Clavibus 74. ff. de Contrab. empr.* Nisi res sint divertæ, v.g. domus vel prædia, quæ unum quid non efficiunt; harum enim & similium, connexionem inter se non habentium,

singulas apprehendi, ad acquirendam earum possessionem est necesse, ut colligitur ex *l. Gaius 88. ff. de Legat. 2. Gomez in l. Tauri 45. n. 40. & Molina Tract. 2. de J. & J. disp. 13. n. 7.*

Fictâ apprehensione possessio comparatur, quando intervenit alius actus, ex Juris dispositione vim habens veræ apprehensionis: cujus frequens usus est, cum res à priori ejus possessore, vel istius loco ab alio publica autoritate traditur. Tales actus sunt

Primò, traditio Clavium alicuius horrei, cellæ vinariæ, tabernæ, in quibus frumentum, vinum, aut aliæ merces venditæ repositæ sunt; illarum enim traditione apud ipsum horreum, cellam, vel tabernam emptori præsentî factâ, frumenti, vini, mercium in iis repositarum possessio acquiritur, *l. Clavibus cit. l. Qua ratione 9 §. 6. ff. de Acquir. dom. & §. Item Si quis 45. Instit. de Rer. divisi. Donell. Lib. 5. Comment. cap. 9. & Molina cit. disp. 13. n. 11.*

Secundò, traditio Instrumenti seu scripturæ, continentis ius, seu titulum possidendæ rei mobilis vel immobilis præsentis, vel etiam absentis, *l. 1. C. de Donat.* quia instrumentum rem ipsam repræsentat; ut cum eo etiam hæc tradita videatur, Glossa in *l. cit. V. Instrumento, ubi Bald. n. 1. Sichard. n. 4. Bruneman n. 4. & cit. Molina n. 10.*

25. Tertio, traditio Brevis manûs: si nimirum quis rem commodatam, depositam, locatam, oppignoratam commodatario, depositario, conductori, creditori vendat, vel donet; sic enim factâ domini translatione isti rem, prius alienô detentam, suô nomine incipiunt possidere, *l. Possideri cit. §. 20. l. Qua ratione cit. §. 5. & cit. Molina n. 4.*

Quartò, Visus sive aspectus rei, seu, ut etiam vocatur, manus Longæ; cum scilicet ha-

licet, habili titulo præcedente, antiquus possessor rei eminens ostendat possessionem tradit, & hanc is, cui traditur, acceptat, *l. 1. §. 21. §. 1. Quod meo 18. §. 2. ff. de Acquir. poss.* cum ex dispositione Juris rem talem eminens videns quasi manibus apprehendere censeatur, *cit. Molina n. 8. & Palao Trañ. 31. disp. Unic. p. 24. §. 2. num. 5.*

26. Quintò, Investitura; hæc enim per annuli, ensis, pilei, vel alterius hujusmodi signi traditionem post Prælaturæ vel alterius Ecclesiasticæ, vel etiam Secularis dignitatis titulum, sive jus in re & proprietatem jam obtentam in Ecclesiæ, palatii, domus &c. præsentia facta, non dignitatis duntaxat, sed bonorum quoque temporalium juriùmque annexorum possessionem acquiri, *arg. l. Quod meo §. 2. §. 1. Clavibus cit. volunt Laiman Lib. 3. trañ. 1. cap. 7. n. 2. & Pirrhing ad hanc Rubric. n. 6.*

27. Sextò, appositio Custodiæ, sive si rei mobili, aut immobili, sibi v.g. venditæ, donatæ, aut quovis actu domini translativò acquiratæ, ex venditoris, donantis, vel quoquò modò alienantis voluntate emptor, donatarius custodem apponat, *l. Quarundam §. 1. ff. de Acquir. poss. cit. Molina n. 15. & Palao n. 11.*

Septimò, Signatio rei, v.g. certorum lignorum ex sylva, aut pecorum ex grege, ex venditoris voluntate facta ab emptore, *l. Quod si 14. §. 1. ff. de Periculo rei vend. cit. Molina n. 15. & Palao n. 12.*

28. Octavò, substitutio antiqui possessoris, si nimirum iste in re alteri v.g. donata, itaque ejus dominiò in hunc translatò, sibi reservet ulumfructum, aut se constituat ejus conductorem, *l. Quod meo cit. pr. l. Qui bona 19. §. 1. l. Interdum 21. §. 3. ff. de Acquir. poss. §. 1. Si quis 35. §. 5. C. de Donat. quia usufructuarius & creditor*

possident nomine domini, *Gomez in cit. l. 45. n. 63.*

Nonò, Constitutum, sive clausula Constituti, per quam donatario, emptori &c. rei possessio acquiritur, si hanc ejus consentientis nomine se possidere constituat venditor, aut donator, *l. Quod meo l. Qui contra, l. Interdum cit. Pannormit. in c. Ex literis cit. n. 9. Gomez l. cit. à n. 45. & Molina Trañ. 2. de J. & J. disp. 3. n. 17.* Plures possessionis ita acquirendæ modos dabit Gothofred. *ad l. Possideri 3. cit. §. 1. §. 1. Clavibus cit.*

Legis dispositione, rei possessionem, absque ulla vera aut ficta apprehensione, comparari posse, cum Baldo in *c. 1. de Dolo n. 1. & Aretino in l. 1. ff. de Acquir. poss.* multi negant; quòd possessionis acquisitio ex natura rei exigat detentionem, sive, ut J.C.T. loquuntur, detentionem & corporalem occupationem, *l. Qui in versas 30. §. 5. ff. de Acquir. poss.* Verùm, quia hanc possessionis acquisitio, non ex Naturalis, sed humani & Civilis Juris dispositione requirit, eòdem, aut aliò Jure, vel etiam consuetudine, verè aut fictæ apprehensionis ad comparandam possessionem necessitas tolli potest, *arg. §. Sed naturalia 11. Instit. de J. N. G. & C. l. de Quibus 32. in fine. ff. de LL. sic enim de Jure Canonico actor casu, quò in ipsius rei contumaciter absentis bonorum possessionem missio à judice primò decreta est, & illorum detentionem propter potentiam vel dolum adversarii acquirere non potest, elapsò annò, eorum verus possessor, quoad Juris effectus, evadit, *c. Conringit 9. de Dolo: quod Glossa ibi, V. Actor §. 1. Quamvis 13. V. Perinde habetur ff. de Bonis autb. jud. possid. etiam Civili Jure, l. cit. existimat constitutum.* Sed quidquid de hoc Jure sit, Gallorum & Belgarum moribus receptum est; ut majoratus possessio, quæ fuit apud defunctum sine ulla hæ-*

ulla hæredis apprehensione in filium vel proximum agnatum continetur, Gomez ad l. cit. n. 11. Covarruvias Lib. 3. var. cap. 5. n. 6. in fine, Gaill. Practic. Lib. 2. Observat. 152. n. 18. Hactenus de rebus Corporalibus.

30. Incorporalium sive Jurium quædam non adherent ulli rei corporali, ut eligendi & similia iura: alia verò, ut vg, servitutes, corporalibus adherent.

Prioris generis incorporalium possessio acquiritur per eiusmodi iurium usum, accedente scientiâ & patientiâ illius, ad quem pertinet concedere vel resistere actui: si tamen usus, sive actus, quò eiusmodi iure quis utitur, quasi ex iure sibi competente, & non præcisè ex gratiâ & benevola alterius concessione exerceatur, Molina Tract. cit. disp. 14. n. 1. & 3. & Haunold. Tom. 1. de J. & J. tract. 3. num. 221.

Posterioris generis iurium possessio comparatur Imprimis per introductionem vel immissionem in fundum, servituti obnoxium, animò possessionis tradendæ, factam ab eo, aut voluntate eius, qui servitutem constituit, arg. l. Omnium

31. 3. pr. ff. de Usufructu. Deinde per exercitium sive usum servitutis quasi iure competentem, accedente scientiâ & patientiâ eius, cuius interest usum illum permittere, vel prohibere, l. fin. ff. de Servitut. vel, si servitus sit negativa, vg. altius non tollendi, eius possessio comparatur, si, qui hanc vult acquirere, altius tollere volenti, quasi iure suo contradicat, eumve prohibeat: & huius contradictioni, vel prohibitioni alter acquiescat, Glossa in c. Abbate 25. V. Alciatensem, de V. S. cit. Molina n. 2. & 3. & Haunold. n. 222.

32. Dubium hac in re est, quot actus ad comparandam iurium incorporalium possessionem requirantur. In quo Doctum, absolucè vel unum duntaxat, vel plu-

res exigentium, contrarias Opiniones conciliare juvat beneficiò distinctionis à Panormit. in c. Cum Ecclesia 3. de Causa possess. n. 22. traditæ & ab aliis DD. non paucis receptæ. Et quidem, si actus ejusmodi sint, ut ferè non nisi ex jure alicui competente exerceri soleant, ut sunt electio vel præsentatio ad Prælaturam, vel ad aliud beneficium Ecclesiasticum, exercitium jurisdictionis in loco, servitus aquæ ductus per fundum alienum, immissio tigni in vicini parietem &c. ad comparandam ejus possessionem unicum actum sufficere, cum cit. Interprete docent Covarruvias in Reg. Possessor. p. 2. pr. n. 6. & Menoch. de Arbitr. casu 160. n. 2. & 6.

34. Si verò actus frequentius quidem quasi jure debitus, aliquando tamen, etsi rarius, ex amicitia & benevolentia alterius soleat exerceri, ut commeatio per fundum alienum, haustus aquæ ex alieno puteo &c. ad comparandam juris possessionem non sufficit actus unicus, sed plures: non tamen eòdem semper numero, sed tot exiguntur; ut, Spectatâ eorum qualitate, verisimile sit, eos quasi ex jure competente exercitos & ita exerceri, dominum, cujus eos prohibere interest, passum esse, arg. l. 1. §. 2. ff. de Itinere acti- que privato, ubi ad acquirendam quasi possessionem servitutis itineris, istius per alienum fundum usus, triginta vicibus per annum repetitus, exigitur. Demum, si actus ordinariè ex mera benevolentia & libera voluntate exerceri soleant, ut vg. est hospitis receptio, invitatio ad convivium, accessus ad tabernam pro pane, cerevisiâ, vinò emendò, etiam plures exerciti actus non sufficiunt ad acquirendam quasi possessionem juris hospitii &c. nisi probetur, vel ex circumstantiis appareat, aut præsumi possit, ejusmodi actus exercentem jus aliquod sibi vendicasse. vel eos quasi ex jure suo exercuisse, Laiman in

e. *Cum Ecclesia cit. n. 3.* Unde hac in re, an unus sufficiat, vel plures, & quot actus ad comparandam quasi possessionem exigantur, arbitrio iudicis relinquendum, cum *cit. Panormit. n. 24. censet cit. Menoch. n. 21.*

35. Possessionem rerum quarumcunque, tam Civilem, quam Naturalem, possessoris morte naturali amitti, pater; cum illæ à defuncto, neque corpore, neque animò detineantur. A vivente autem earum possessio aliter amittitur, si is velit: aliter, si is sit invictus.

36. Volens enim rerum, tam mobilium, quam immobilium, possessionem amittit non tantum corpore & animò simul: sed etiam animò solò: etsi iste solus non sufficiat ad rem comparandam, *l. Possideri cit. §. 6.* ut, si antiquus possessor, in fundo alteri donato manens, constituat, se eum in posterum non suò, sed alienò v.g. donatarii, nomine possidere, *l. Si quis vi 17. in fine. ff. de Acquir. poss.* Neque huic textui adversatur *l. Quemadmodum §. ff. eadem Rubr. corporis & animi actus factis clarè requirens*; quia cum illo facile conciliatur, si de possessionis amissione corporis actu, v.g. egressu ex fundo, inchoata intelligatur; nisi enim ad hunc accedat possessionis amittendæ animus, in ejus amissione præcipuè spectandus, possessio retinebitur: etiamsi, cum ejus dimissio ab animo inchoatur, possessionis amissionem non moretur; quòd eam amittens rei corpore insista, *Glossa in cit. §. 6. V. Animò solò, Perez in C. de Acquir. poss. n. 25. & Bruneman in l. Quemadmodum cit. n. 2.*

37. Invitus autem, uti & ignorans, aliter mobilium, aliter immobilium possessionem, amittit; illorum enim, sive mobilium naturalem & civilem possessionem amittit, cum res est extra ejus potestatem; quòd ab alio sublata, per fraudem tanquam sua

contractata, extra custodiam posita & deperdita, *l. Possideri cit. §. 13. Et l. Rem, qua nobis 15. l. Si id 25. Et l. Si rem 47. ff. de Acquir. poss. aut fugà subdacta sit.* Sed hoc postremum in brutis animalibus; redeundi consuetudinem non habentibus; non etiam in servis & ancillis procedit; cum istorum possessio civilis retineatur, donec ab alio occupentur, *l. 1. §. 14. ff. ibid.* vel diu pro liberis se gesserint, *l. Possideri cit. §. 10. cit. Molina disp. 15. n. 7. & Haunold. n. 245.* Istorum autem, sive immobilium, v.g. domus, aut fundi possessio amittitur Imprimis, violentà domini dejectione, vel ejus absentis & reverà exclusione: si eam recuperandi animum deposuerit, vel; quòd accedere non ausus, vel, cum accederet, repulsam passus sit, *l. Possideri cit. §. 8. l. Clam §. 1. l. Et si 7. l. Si id 25. §. 2. ff. de Acquir. poss.* Deinde fluminis aut maris inundatione tam diu permanente, ut emerisio & recuperatio probabilis non sit, *l. cit. §. 17. cit. Molina n. 5. Perez n. 26. & Haunold. n. 242. ita §. 17. cit. cum l. Qui universas 30. §. 3. ff. ibid. conciliantes.*

ARTICULUS III.

De Natura & varietate Proprietatis.

SUMMARIUM.

39. *Proprietatis nomen varia:*
40. *Hic denotat id, super quo iudicium Petitorio contenditur.*
41. *Et I. quidem Dominium:*
42. *Quod est Libera facultas disponendi.*
43. *De re corporali:*
44. *Nisi quid lege prohibeatur.*
45. *Dominium aliud Plenum, aliud non Plenum;*

46. Et hoc Directum, aut Utile est.
 47. II. Quodcumque jus in re.
 48. III. Essam jus ad rem.

39. **P**roprietatis etiam vocabulò in Jure non idem semper: sed aliquando, licet minus propriè, ipsamet res denotatur, l. Locum 17. §. 2. ff. de Usufructu & l. Interdictum 2. §. 2. ff. de Interdictis; hòc enim sensu Proprietatis dominum dicimus eum, ad quem rei dominium, usufructu detractò, redit, Gonzalez in c. 1. n. 8. aliquando ejus rei dominium solummodo directum, & ab utili distinctum significatur arg. l. Si extraneo 46. pr. ff. de Usufructu & l. fin. ff. de Superficie. aliquando eò rei dominium plenum venit, ut l. Si procurator 13. pr. ff. de Acquir. rer. dom. & alibi non infrequenter. Quam vel domini generatim accepti significationem ad hanc Rubricam ei tribuit Panormit. in c. 1. n. 2. Sed ex subiectis textibus c. Cum Ecclesia 3. c. Cum super 4. c. Cum eo 7. & c. fin. satis liquet, Proprietatis nomen eà sumi latius, ut non dominium duntaxat, sed quodcumque jus extra possessionem, super quo judicò Petitorio contendì potest, comprehendat, ut ad hanc Rubric. Vallens. §. 1. n. 2. & Pirrhing pr. observant. Quare
41. Proprietatis nomine hòc locò Imprimis & præcipuè venit rei dominium propriè dictum: quod à Bartolo in l. Si quis vi 17. §. 1. ff. de Acquir. possess. n. 4. & JCT. is aliis, eum secutis, generatim
42. dicitur Jus seu facultas perfectè disponendi de re corporali tanquam sua, nisi quid lege prohibeatur. De Corporali, inquit Bartolus. Neque id malè; quia dominium caput à naturali possessione, secundum Nervam JCT. um l. 1. §. 1. ff. de Acquir. poss. quæ rerum duntaxat corporali, non etiam incorporali est, l. Possideri 3. pr. ff. Rubr. cit. Rerum itaque

incorporalium, ut servitutum, jurium colligendi, præsentandi, decimandi, beneficii Ecclesiastici &c. sicut non vera, sed quasi possessio, l. Si quis diuturnò 10. ff. de Servit. vind. & c. Cum Ecclesia 3. junctà Glossà V. Quasi possessionem, hìc. sic non dominium præsens, sed latius acceptum, seu quasi dominium dari, cum laudato Bartolo adstruit Cuiacius Lib. 10. Observat. cap. 16. & crebriori calculò consentiunt alii JCT. i est ipsorum non minus, quam aliorum DD. frequenti usu, sicut possessionis, sic & domini nomen rebus etiam incorporalibus accommodetur.

Neque ex verbis, Nisi quid lege prohibeatur, ritè inferitur, quemlibet; quòd, si leges non obstarent, de plerisque rebus disponere liberè posset, rerum plerarumque dominum esse; quia verba illa exaudienda non sunt de lege, dispositionem continente in favorem alterius, habentis jus contrarium, quod ejusmodi dispositioni obstat: sed de ea, quæ in hominè quidem, quem sua prohibitione arctat, de re perfectè disponendi jus supponit, nihilominus tamen, ob privatam ipsiusmet, vel publicam totius communitatis bonum, quasdam dispositiones ei illicitas, quasdam etiam invalidas reddit. Quò modò intellecta definitionis verba & acceptum Legè verbum, sicut non cuivis rerum quarumcumque dominium adstruunt, sic dominium & de re perfectè disponendi jus non diminuunt ei, cujus liberam de re dispositionem impediunt; sic enim Quanto tempore hæres parvulus, sive pupillus est, quoad dispositionis de rebus suis libertatem, hujusmodi lege ademptam, Nihil differt à servo, licet dominus omnium sit, teste Apostolo Galat. cap. 4. V. 1. Simili modò amentis & ebrii dominium præsens eorum dispositio non dimittit, vel tollit; quantumvis de rebus suis disponere non valeant, cum;

¶ ¶ ¶

quod de

quod de his disponendi facultas per se ipsis competat: tum verò; quòd ipsis ad tempus, aut etiam perpetuò adempta, vel suspensa disponendi facultas alterius cuiuspiam favore non spectet, Molina *Tract. 2. de J. & J. disp. 3. n. 3.* Lessius *Lib. 2. de J. & J. cap. 3. n. 9.* Zæsius *in ff. de Adquir. rer. domin. n. 2.* & Haunold, *Tom. 1. de J. & J. Tract. 3. n. 5.*

45. Domini celeberrima divisio est in Plenum & Non-plenum. Plenum sive perfectum, cui præcipue allata definitio congruit, est Jus perfecte disponendi de rei proprietate & emolumentis. Non-plenum, sive imperfectum, est Jus ita disponendi de rei, vel sola proprietate, vel solis emolumentis; sic enim rei feudalis & emphiteuticæ plenum neque ejus proprietarius, neque vasallus, aut emphiteuta: sed tam hi, quam ille non plenum, sive imperfectum tantum ejus dominium habent, Unde hoc sive

46. Non-plenum dominium ulteriori partitione à Bartolo *l. cit. n. 5.* & cæteris JCT. is aliud Directum, aliud Utile: & illud sive directum habere dicitur, qui solam rei proprietatem sine emolumentis, sive eà utendi & fruendi jure, sicut v.g. in re feudali vel emphiteutica habet dominus directus: istud autem, sive Utile, qui sola emolumentà, sive re, salvâ ejus substantiâ, utendi, fruendi jus habet: sicut in eadem re habent vasallus & emphiteuta, *citt.* Molina *n. 15.* Lessius *n. 5.* Zæsius *n. 5.* & Haunoldus *n. 17.*

Hinc tamen legitime non inferitur equi aut libri commodati plenum dominium non esse penes commodantem; cum enim contractu isto notabile & stabile jus in accipientem non transferatur, rei ad usum sibi concessæ etiam secundum quid dominus propriè dici commodatarius non potest; quia modicum, quod in ea ha-

bet jus quasi pro nihilo reputatur, ut probe notant *citt.* Molina *n. 16.* & Haunold, *n. 18.* ubi uterque agnoscit, licet is, cujus fundo servitus aut census est impositus, plenus ejus dominus nihilominus habeatur, pleniori tamen jure fundi dominum fore, si is omnino liber, nullivæ alteri esset obligatus.

Deinde Proprietatis nomine in præf. sentj Rubrica venit quodcumque Jus in re, ut est dignitas & beneficium quodcumque jurisdictionis, eligendi, conferendi & similia jura, c. *Cum Ecclesia 3. c. Cum super 4. c. Cum olim & c. fin. citt.* uti & ususfructus, usus, habitatio & alia servitutes; nam etiam hujusmodi rerum incorporalium proprietas, & licet juxta antè dicta minus strictum, latius tamen acceptum dominium seu quasi dominium datur, & aperte agnoscitur, l. *Qui ususfructum 3. ff. Si ususfr. pet. & l. Semper 3. §. 3. ff. Quod vi & clami.* Neque id immerito i cum is, cui competunt perinde, ut de re corporali dominus, de ipsis tanquam suis liberè disponendi habeat facultatem, nisi quid lege vel canone prohibeatur: & qui pro ipsis agit, judicio Petitorio ea sibi tanquam proprietario & quasi domino adjudicari petat, Maranta *de Ord. judic. p. 4. dist. 7. n. 1.* & Vallensis *citt. num. 2.*

Demum eodem nomine hic venit ipsum quoque Jus, quod ad Rem vocatur, ut v.g. electus ad Prælaturam, ad aliud beneficium Ecclesiasticum presentatus, ad rem sibi venditam, sed necdum traditam emptor habet; cum ad nos pertinere & quodammodo proprium videatur, in quo solummodo jus ad rem, sive quorum nomine actionem habemus, ut ex *l. Bonorum 9. in fine. ff. de V. S.* notat Wisenbach ad *l. Verbum 81. ff. eadem Rubr.* & judicium, quò Personali actione instituta ad electionis

electionis confirmationem in beneficio, ad rei nobis venditæ traditionem agimus. Petitorium nuncupetur à Maranta & Valensi n. 1. & 2. cit.

ARTICULUS IV.

De Acquisitione Proprietatis.

SUMMARIUM.

49. Jure Gentium Dominium acquiritur I. Nativitate.
 50. II. Captivitate rerum,
 51. Et personarum in bello justo.
 52. III. Venatione, Aucupio, Piscatione.
 53. Fera, etiam ab alio vulnerata, est capientis.
 54. Saltem in dubio, an ea vulnerata,
 55. Vel illaqueata sit evasura:
 56. Præferim, si à fundi domino eximatur.
 57. Contra prohibitionem feram in viuario,
 58. (Non in loco publico) capiens, tenetur ad restitutionem,
 59. IV. Inventione rei, qua nullius,
 60. Aut à domino pro derelicta habitata fuit.
 61. Bona vacantia Fisco:
 62. Thesaurus lititis modis in proprio,
 63. Vel in publico fundo repertus inventoris:
 64. In alieno ferè eidem & fundi domino:
 65. Aliquando huic soli:
 66. Illicitis modis inventus, saltem ex parte, Fisco cedit.
 67. Hodie in loco prophano repertum thesaurum,
 68. Metallifodinam &c. ex parte sibi vendicat Princeps.

69. V. Alluvione fluminis, latens incrementum,
 70. (Non partem terra detractam prædio adjicientis.
 71. VI. Insula natiuitate: qua proximiori,
 72. Et aliquando utrique fluminis-ripe cedit.
 73. VII. Accessione alvei à flumine derelicti.
 74. VIII. Specificazione.
 75. IX. Confusione,
 76. X. Permixtione,
 77. XI. Intextura,
 78. XII. Scriptione,
 79. XIII. Pessione.
 80. XIV. Edificatione.
 81. XV. Implantatione,
 82. XVI. Fructuum perceptione.
 83. XVII. Traditione.
 84. Jure Civili & Canonico prodicti acquirendi modi.

Proprietatem strictius acceptam, si 49. ve dominium comparandi modi, alii à Gentium vetustiori & Naturali proximo; alii à Civili & recentiori Jure descendunt, §. Singulorum 11. *Instit. de Rev. divis. Gl. 1. pr. ff. de Acquir. dom. Jure Gentium*, quò rerum, Jure Naturali communium, *can. Jus Naturale 7. dist. 1.* dominia distincta sunt, *l. Ex hoc jure 5. ff. de J. & J.* introducti illius acquirendi modi præcipui sunt
 Primò, Nativitas seu procreatio animalium, §. *Item ea, qua 9. Instit. de Rev. divis.* cum, quæ ex animalibus dominio nostro subjectis nascuntur, Jure Naturali nobis acquirantur, §. *cit. Gl. Item 5. §. 2. ff. de R. V.* uti etiam partus ancillæ; cum, qui ex ista etiam à patre libero procreatus est, ejusdem, cujus mater, domini servituti sit subjectus, §. *Servi 4. Instit. de Jure person.* quia partus
 B b ; ventrem

ventrem sequitur, *l. Partum 7. C. de R. V. & s. Unico, de Natia ex lib. ventr.* ut, cui venter sive mater, ei partus quoque subdatur; partus enim quasi pars ventris, & foetus portio viscerum matris est; ut, ejus venter, necesse sit, ejus etiam partum esse; quia pars aliò, quàm totum, & partus aliò, quàm venter Jure quoad conditionem censerì non debet, Harprecht & Manzius *in §. Item cit. uterque n. 2.*

50. Secundò, Captivitas sive occupatio: quò modò rerum & personarum justò bellò captarum dominium acquiritur, §. *Item ea, 17. Instit. de Rer. divis. & l. Hostes 24. ff. de Captiv. & postlim. Rerum* inquam, non solum, quæ, nisi sint valde pretiosæ, ut immobilibus æquiparentur, capientium etiam privatorum & gregariorum militum statim fiunt, ut eas apprehenderint, §. *cit & l. Naturalem 5. §. fin. ff. de Acquir. dom.* sed immobilium quoque, ut sunt provinciæ, civitates, prædicia, prædia, fundi &c. quæ acquiruntur Principi vel Reipublicæ, cujus auspiciis & autoritate bellum geritur, *l. Divus 31. ff. de Jure fisci.* A devictis tamen & expulsis victoribus recuperata ad priores dominos redire, nec publicari, aut prædæ loco cedere debent, *l. Captivus 20. §. 1. ff. de Captiv. & postlim. Personarum dixi;* quia istæ capientium servituti subijciuntur, §. *Item ea cit.* Neque id injuriâ; cum enim justò bellò capti vitæ & omnibus bonis privari poterint, multò magis servati privari poterant libertate & victorum obsequiis addici; cum ita vitæ, omnium, quæ accidere homini possunt, maximæ jacturæ minoris boni privatio surrogetur, Covarruvias *in Reg. Peccatum, p. 2. §. 11. n. 6. & Lessius Lib. 2. de J. & J. cap. 4. n. 12.*

Dixi, *justò;* quia injustò bellò, à quibuscunque, etiam Christianis, illatò capti, Turcæ quoque ac Sarraceni, servituti

ti nequaquam addicendi, sed sine lytrò dimittendi forent. Quin Christiani etiam Hæretici, justò bello à Christianis capti, ex antiqua & generali consuetudine non fiunt capientis; sed per solutò redemptionis lytrò ad suos liberè redire permittuntur, Zoësius *in ff. de Captiv. & postlim. n. 11. & Haunold. Tom. 1. de J. & J. Tract. 5. n. 46. & 48.*

Tertiò, Venatio, Piscatio, & Aucupium, quibus fætæ, bestiæ, volucres, pisces & omnia animalia ferè, quæ terræ, mari, cœlò nascuntur & nullius sunt, capiuntur: & sive in proprio, sive in aliè no fundo capta fuerint, statim esse incipiunt capientis, §. *Fera 12. Instit. de Rer. divis. & l. Quod enim 3. §. 1. ff. de Adquir. rer. dom.* Fera, inquam, ut sunt aprî, cervi, vulpes, lepores, perdicæ, pisces; quia animalia naturâ mansueta, ut equi, oves, boves, porci, gallinæ, anseres domestici, occupanti haud cedunt: uti & quæ hominum industriâ circuntur, ut v.g. accipitres, falcones; nam etiam hæc, perinde ut mansueta aut ferà animalia capta & custodia detenta, dominum manent, donec ab ipso ita recedant; ut tamen neq; ad ipsum sponte reversura, neq; à domino comprehendenda, spes sit. Ea autem, quæ sic aufugerunt, naturalem libertatem censentur recuperasse; ut instar ferorum animalium denuo fiant primò occupantis, §. *Fera cit. V. Cum verò.* Hæc certa.

Dubium autem est, cujus sit fera ab uno no vulnerata, ab alio capta. In quo Covarruvias *cit. p. §. 8. n. 13. & aliorum consuetudinis sensus, imò Jure decisum est, eam esse capientis, §. Illud 13. Instit. de Rer. divis. & l. Naturalem 5. §. 1. V. Plerique, ff. de Acquir. rer. dom.* ubi hujus decisionis ea ratio redditur; quia multa accidere possunt & solent, ut à vulnerante non capiatur. Unde argumentò à contrario dicitò inferitur, illam huic acquiri, si ita vulnerata

vulnerata sit; ut hic eam persequens certò sit capturus. Ratio est partim; quia fera, vulnerata moraliter se habet instar feræ, laqueo vel aliò instrumetò apprehensæ: partim verò; quia, licet sola vulneratione ante apprehensionem feræ dominium nondum sit comparatum, paratum tamen videtur jus; ne ejus acquisitio impediatur.

In dubio tamen, an ab isto apprehendenda fuerit, melior est conditio capientis; quia fera naturalem libertatem nondum amisisse censetur, arg. *l. Naturalem cit. pr. Molina Tract. cit. disp. 42. n. 1. & Palao Tract. 13. disp. U-nica p. 12. n. 5.* partem tamen aliquam adjudicantes vulnerant, si ab isto illatum vulnus causa fuit; ut ab alio apprehenderetur.

Eadem ferè ratio est feræ reti conclusæ, laqueo, vel alio instrumetò, ab absenteposito, captæ. Non desunt tamen DD. qui eam adjudicent eximenti; quòd, ut cæteræ res, quæ nullius sunt, feræ quoque cedant primò occupanti: occupatio autem fiat per apprehensionem factam ab eximente, non à ponente laqueum. Verùm, esse, hoc ita sit casu, quò fera lupulando se extricare & evadere potuit: casu tamen, quo ita irretita aut illaqueata est, ut se eximere non posse judicetur, laqueum aut rete ponenti eam cedere, magis congruit rationi Naturali; cum ab isto per laqueum aut rete jam apprehensa & occupata, eique per hæc instrumenta naturalis libertas jam adempta videatur. Eidem illa attribuitur, *l. Laqueum § 5. ff. de Acquir. rer. dom.* ubi aper laqueum ponentis esse dicitur, si in ejus pervenerit potestatem; in hanc enim jam pervenit apprehensa per laqueum, aut aliud instrumentum, ut evadere non possit, *Zoësius in ff. ad eandem Rubr. n. 10.*

Casu tamen, quò laqueus aut rete, non in publico, aut privato proprio, sed

in alieno fundo, invito aut ignorante stius domino, posita essent, ab isto exemptam feram, quantumcunque illaqueatam aut irretitam, eximenti acquiri, ex *l. Laqueum cit.* desumit Bruneman. *ibi num. 1. & communi, absque omni scrupulo observatâ, praxi firmat. cit. Haunold. Tract. 5. n. 69.*

Dubium deinde est de dominio feræ, contra justam Principis prohibitionem captæ. Non quidem in vivariis, seu locis, quibus feræ ita conclusæ sunt; ut extra ea liberè nequeant vagari: & cum liber, sine magna difficultate capi possint; hæ enim ferè instar avicularum, per cubiculum nostrum volitantium, sunt concludentis, *l. Possideri 3. §. 14. ff. de Acquir. possess.* Sed in sylva, lacu, aut flumine publico. Quarum dominium capienti cedere, cum Covarruvia *cit. p. 2. §. 8. n. 2. Zoësius in ff. l. cit. n. 14.* & aliis docet *cit. Haunold. n. 78.* quòd in iis captæ feræ aut pisces, cum naturalem libertatem habeant, nullius sint; ac proinde Jure Gentium fiant occupantis, præsertim cum Principes, venationem in iis prohibentes, feræ occupatæ dominium non adimant; neque, ut hoc capienti adimant, sit consultum: sed acquiescant poenis, quas suæ prohibitionis transgressoribus decreverunt. Excipiendus tamen est casus, quò in aliqua sylva aut lacu venandi aut piscandi jus particulare justò titulò soli Principi esset quæsitum; hoc enim casu alii feræ aut pisces in eo capientes non solum tanquam ejus prohibitionis transgressores contra obedientiam, sed etiam contra justitiam delinquerent & obligarentur ad restitutionem: non quidem ipsarum ferarum aut piscium; cum hi in ejus dominio non fuerint: sed damni, quod ex ejusmodi injusta venatione, ipsius jus minus æstimabile reddeat, est passus, ut post *cit. Haunold. n. 78.*

n. 78. Palao p. 14. num. 4. rectè advertit Prænobilis & Magnificus D. Collega Dominicus Bassus *Semicent. Controvers. 4. num. 12.*

59. Quartò, Inventio sive occupatio rerum in animatarum, quæ nullius: & duplicis generis sunt; quædam enim nullius unquam fuerunt; aliæ alicujus quidem fuerunt, sed esse desierunt. Quarum illæ, v.g. Lapilli aut gemæ in litore maris repertæ, sunt inventoris, eas primò & animò ut suas habendi occupantis, §. *Item Lapilli 18. Instit. de Res. divis. Occupantis*, inquam; inveniendò enim rem aliquam acquirit non is, qui eam vidit, sed qui apprehendit eo modo, quo res apprehendi solet. §. 1. §. 1. ff. de *Acquir. possess.* Unde, si duorum simul ambulantium gemmam alter prior videret, alter prior apprehenderet, eam huic adjudicandam, ex Card. de Lugo advertit *cit. Haunold. n. 2.* Istæ etiam sive, quæ alicujus fuerunt, sed esse desierunt, tanquam derelictæ etiam cedunt primò & eodem animò occupanti, §. *Hoc amplius 46. §. 5. Qua ratione 47. Instit. Rubr. cit.*

60. Ut autem pro derelicta reshabeatur, non sufficit, quòd abijciatur, sed insuper exigitur, ut abijciens eam suam esse nolit, §. *Si quis 7. ff. pro Derelicto.* Unde, quæ urgente tempestatis vi quis jacat in mare, derelictis regulariter non accensentur; cum ille, si periculum aliter effugere posset, ea in mare non projiceret, & projecta optet ad se reverti, §. *fin. Instit. de Res. divis. l. Interdum 21. §. 1. ff. de Acquir. poss.* Neque etiam sufficit; quòd res, si non eriperetur, certò esset peritura; quia non hòc ipsò dominus se abdicavit ejus dominio: sed vult, ut erepta sibi restituatur, §. *Pomponius 44. ff. de Acquir. rer. dom.* Sed accedere debet animus, quò dominus, eam derelinquens,

suam esse nolit: qui non præsumitur, §. *l. 1. §. 1. ff. ad L. Rbod. de jactu*: nisi res ad eum statum veniat; ut ejus recuperatio domino, vel ejus restitutio occupanti propter nimiam distantiam, ignorantiam &c. moraliter impossibilis sit, *cit. Card. de Lugo & Haunold. n. 7.*

Excipienda sunt bona vacantia, hæc est, relicta à defuncto intestato, & non habente hæredem legitimum; hæc enim sisco cedunt, §. *l. 1. §. 2. ff. de Jure sisci l. Vacantia 4. C. de Bonis vac. &c.* si fuerunt peregrini, sine hærede decedentis in hospitali, per Episcopum loci, in quo decessit, in pauperes eroganda, vel aliis piis causis applicanda sunt, *Aurb. Omnes, C. Communia, de Success. nisi hospitali privilegio competat jus succedendi, cit. Covarruv. p. 2. §. 1. n. 3. & Molina disp. 31 n. 5. §. 6.*

Rebus, quæ cedunt inventori primò occupanti, accensetur Thesaurus, sive pecunia, vel alia res mobilis, cujus ab ignorantis dominis antiquitus depositæ dominus ignoratur, §. *Nunquam 31. §. 1. ff. de Acquir. rer. dom.* qui, spectatò præcisè Naturali Jure, sive in proprio, sive in alieno fundo & quomodocunque inventus, ut aliæ res dominò carentes, cedit occupanti, §. *cit.* Civili autem spectatò multùm refert, quibus viis seu mediis sit inventus; in suo enim & licitis mediis inventus totus cedit inventori, §. *Thesauros 39. Instit. de Res. divis.* etiam si iste fundum emerit sciens, in eo thesaurum latere; & propter eum non auverit pretium, ut ex Parabola Evangelica *Matth. cap. 13. n. 44.* desumitur & cum S. *Thoma 2. 2. q. 66. art. 5.* docent *Navarrus Manual. cap. 17. n. 175. & cit. Molina disp. 66. n. 4.* Ratio est; quia fundi prior dominus non fuit dominus thesauri latentis; cum ille fundi neque pars, neque fructus sit, §. *cit.*

ſit, Fachineus *Controverſ. Lib. 2. cap. 20.*
& aliis DD. relatis, Harprecht *in h. cit. n.*
11. qui tamen huic ſtricto Juri in praxi
Æquitatem præferri, & theſaurum inter
emptorem & venditorem dividi mallet
cum Connano *Lib. 3. Comment. cap. 4.*
num. 4.

63. Eidem inventori totus cedit ita re-
pctus in loco publico, cujus ſpeciale do-
minium eſt nullius: ut in flumine, platea,
via. Si verò illius loci ſpeciale dominium
ſpectet ad ſiſcum vel civitatem, ut v.g. ſyl-

64. va, paſcua vel etiam ad aliquem privatũ, in
eo caſu & ſine ſerutandi animo inventus,
æqualibus partibus dividendus eſt inter
loci dominũ & inventorem, *l. Unica*
C. de Theſauria: cujus diſpoſitionem in
conſcientia & ante omnem ſententiam
obligare, cum Navarro *cit. n. 175.* vo-
lunt *cit. Molina n. 2.* & Leſſius *cap. 5.*

65. n. 57. Non caſu, ſed datã operã in fun-
do alieno ſine domini conſenſu, imò et-
iam cum iſto, quaſitus & inventus, ſal-
tem poſt ſententiam condemnatoriam,
totus cedit domiño fondi, ut ex *cit. l. U-*
nica verbis; imò nec volentibus, junctis,
quæ paulo poſt ſubiſciuntur, verbis, *Quod-*
ſi præter huius Legiſ. Ec. cum Petr. Barbo-
ſa *in l. Divorſio 7. §. Si fundum 12. ff. Solut.*
marim. n. 40. eruditè colligunt Perez *in*
C. de Theſauria n. 2. Bruneman *in l. Unic.*
cit. n. 3. & cit. Haunold. n. 11. Quod ab
Imp. ita conſtitutum eſt; ut coërceretur
vanitas & cupiditas hominum, alienis in-
ſidiantium; & præſcinderetur anſa effo-
diendi agros & occulta loca perſerutandi.

In loco Sacro vel Religioſo repertus
ad quem de Jure ſpectet, maxima quidem
inter DD. & à multis omnino delperata
reſolutionis: ſed jam non magnæ utili-
tatis controverſa eſt; cum enim hodie
nullus locus Sacer aut Religioſus ſit, cu-
jus particulare dominium ad Prælatum,
vel potiùs ad ipſam Eccleſiam, Monaſte-

rium &c. non ſpectet, idem Juri erit de
theſauro in tali loco, & in privati alicu-
jus fundo, caſu, vel datã operã invento, ut
cum *cit. Navarro* & aliis advertunt iidem
Molina diſp. 56. n. 5. & *Haunold. n. 17.*

Demum modis illicitis, v.g. arte Magica, in proprio inventus totus cedit fiſco: 66.
in alieno autẽ fundo repertus, per ſenten-
tiam eidem adjudicatur quoad eam ſo-
lum partem, quæ, ſi theſaurus caſu ibi re-
pertus eſſet, ad inventorem pertineret;
quoad alteram verò cedit fundi domino,
qui in culpa non fuit; ne, ſi hoc etiam
caſu fiſco totus addiceretur, propter ali-
enam culpam portione ſua privaretur,
contra textum, *c. Quoſivit 2. de Liis, quæ*
à majori & l. Sancimus 22. C. de Panis
Rebellus de Obligat. Juſt. Lib. 1. q. 15.
f. 2. n. 14. & *Haunold. cit. n. 11.*

Sed, hecſi de rebus inventis hæc Ju- 67.
re conſtituta ſint, hodiernis tamen mo-
ribus theſauros, etiam licitis viis, ubi-
cunque demum, in locis ſaltem prophā-
nis inventos, in plerisque Europæ provin-
ciis, vel integros vel ex parte ſibi vendicant
Principes Jure Regalium: quibus etiam
dudum aſſerta ab his ſunt pretioſa con-
chilia & gemmæ, quæ in marium & flu-
minum litoribus reperiuntur, Covarr. *in*
Reg. Peccatum p. 3. §. 2. n. 4. *Molina cit.*
diſp. 56. n. 10. in fine & *Perez l. cit. n. 4.* 68.
Simili modò, licet Jure Gentium ſpecta-
tò, auri, argenti, aliorumque metallorum
& mineralium venæ non minùs, quàm
eretæ aut lapidum fodinæ, fontiumque
ſcaturigines ad dominum fundi, tanquam
illius fructus vel pars, pertineant, *l. Fru-*
ctus 7. §. 13. & 14. Gl. Si fundus 8. ff. So-
luto marr. modernò tamen plurium Re-
gnorum Jure & uſu, ex toto, aut mag-
na ex parte Reipublicæ vel Principi ad
ſumptus & onera publica ſuppòrtanda ce-
dunt, *cit. Molina diſp. 54. n. 1.* & *Haun-*
old. n. 4.

Co

Quintò

69. Quintò, Alluvio sive incrementum latens, quò decurrens flumen paulatim & quasi latenter aliquid fundo accessorie adijcit; ut, quantum isti quolibet momento accesserit, intelligi non possit, §. *Præterea 20. Instit. de Rev. divis. & l. Adedò §. 1. ff. de Acquir. rer. dom.* quod enim ita alicui prædio adijcitur, istius domino acquiritur, l. 1. C. de Alluvionibus &c. & eodem jure, quò ipsum prædium censetur ob accessione; cum id, quod adijcitur fundo, istius accessio & pars: accessorium autem sui principalis & totius naturam pars sequatur; ut, cujus principale vel totum, ejus accessorium quoq; vel pars sit, §. *Si amen 26. Instit. de Rev. divis. l. In rem 23. §. 1. ff. de R. V. & l. Quidquid 27. ff. de Acquir. rer. dom.* Harprecht & Manzius in §. cit. n. 3.

Aliter res se habet, cum fluminis impetu uni prædio detracta notabilis pars terræ adijcitur alteri; hujus enim perinde, ut trabium, lignorum &c. ejusdem fluminis vi ex uno in aliud prædium translocatorum, dominium priori domino remanet, §. *Quod si vis 21. Instit. de Rev. divis. & l. Adedò cit. §. 2.* cum enim hujusmodi terræ pars in alterum fundum delata non, ut alluvio, latens, sed patens incrementum sit, alteri fundo non insensibiliter accedit, ab eoque separata manet; ut ejus accessorium & pars intelligi non possit, cit. Harprecht & Manz in §. *Quod si cit. n. 2.* rectè excipientes casum, quò superiori prædio avulla pars ab istius domino pro derelicta habetur; ut cedat occupanti: & quò inferioris prædii fundo perfectè coaluit & quas illa fortè seculum traxit, arbores in isto egerunt radices; ut solo cessisse & jure accessionis sive, ut loquuntur, Irradicationis istius pars effecta videatur, §. cit. *V. Pland.*

70. Neque huic exceptioni obstat, l. *Idem §. 3. ff. de R. V.* fati difficilis textus, *De arbore, qua in alienum agrum*

*translata coaluit & radices immisit, Papyrus & Nerva utilem in rem actionem dabant, non obscurò argumentò domini, remanentis penes dominum priorem. Verùm, quia Ulpianus l. cit. Vari & Nerva VV. JCT.^m sententiam solummodo refert præter morem suum, quò aliorum sententias referens eas approbare vel rejicere solet, meliores præsertim RR. JCT. plerique cum Glossa ibi, verba, Sed nos non damus, subintelligenda volunt; ut adeò nostra de ejusmodi arbore ex *Pers. cit* de sumpta sententia §. 3. cit ad mentem RR. intellectu, potius roboretur, quam evertatur, Haunold, cit. *Tract. §. n. 94.**

Sextò, Insula nata in flumine, alveo locum aliquem sicum relinquente; quæ cedit ripæ, cui est proximior, Communis autem utrique parti ipsarum est, si mediam partem fluminis obtineat, §. *Insula 22. Instit. de Rev. divis. & l. Adedò cit. §. 3.* cujus decisionis sensus vejiore est, insulam, si ripæ v.g. dextræ propior tota sit, ut nulla ejus notabilis pars ultra fluminis medietatem porrigatur, totam ad dextram: si verò ejus dimidia aut notabilis pars sinistra ripæ vicinior sit, eam partem ad hanc ripam pertinere, ejusque domino cedere. Ratio est; quia nata esse videtur ex partibus decerptis, ex ripa viciniori: aut ex utraque, si æquè vicina est utrique, Harprecht in §. cit. n. 6. & Manz. n. 18.

Aliud quidem, & insulam non prædiis vicinis cedere, sed publicam esse, in terminis tradere Labeo videtur, l. *Epistulam 65. §. fin. ff. de Acquir. rer. dom.* Sed aliter res se habet; quia §. cit. ut cum antecedentibus concordet, dicendum est, agi de insula non firma: sed ea, quæ vitugultis aliisque materia levi sustinetur, locoque non cohareret, sed moveretur & natar: de qua l. cit. §. 2. agi ceptum est, hac enim quodammodo publica est, perinde ut ipsum

et ipſum flumen, *cit. Manz. n. 26. & Haunold. n. 99.* Dixi autem, *In flumine*; quia, in mari nata, cedit primò occupanti, §. *Inſula cit.* quia, ut habet textus, nullius eſſe creditur perinde, ut ipſum mare, iſtiuſque litora & arena, quæ mari ſubeſt, *cit. Manz. n. 3. & 4.*

73. Septimò, Accessio alvei, à flumine omnino derelicti; hic enim propè ripam prædia poſſidentibus pro modo latitudinis cuiuſque agri, quæ prope ripam eſt, cedit; quod iſ tantum detractus Jure præſumatur, §. *Quod ſi naturali 23. Inſtit. ibid. & l. Aded cit. §. 5.* eſt totius agri inundati fundus, recedentibus aquis, ejus maneat, cuius fuit. Ratio diverſitatis eſt; quia per inundationem immutata non cenſetur forma fundi, ſicut per alvei inductionem; cum illa, non hæc ſtabilis & diuturna, ſed brevi tempore fit duratura. Unde, licet per alvei inductionem, non tamen per inundationem fundus privatus definit, nec incipit eſſe, *cit. Haunold. n. 101.*

74. Octavò, Specificatio ſive introductio formæ moraliter novæ in materiam alienam; ut ad antiquam ſpeciem redire non cenſetur poſſe: ſicut accidit, cum ex alienis uvis vinum, ex vino & melle muſum, ex hordeo & lupuio cereviſia, ex frumento farina, ex iſta panis, ex variis medicamentis ſimplicibus pharmacum & emplaftrum, ex lana veſtis, ex ligno ſtatua, ſubſellia, ſcapa &c. ſunt, §. *Cum ex aliena 25. Inſtit. ibid. & l. Aded cit. §. 7.* Si enim ad antiquam ſpeciem & eandem materiam reduci poſſent: ut, cum ex alieno auro vas aut ſtatua conflatur: vel antiqua ſpecies ſolum accidentaliter mutatur, ut, cum frumenti grana excutuntur ex ſpiciſ, vel lana tingitur, auri frumenti, lanæ idem dominus maneret, qui ante conflationem, excuſionem, tinctionem fuit. *text. cit. & l. Sed in meo 26.*

§. *ſin. ff. Ad exhibendum.* Caſu etiam, quò alienæ materiæ forma moraliter mutatur; ut in commercio humano nova ſpecies cenſetur, & ad antiquam formam redire non poſſit, multum refert, an nova ſpecies malâ vel bonâ fide ſit facta; malâ enim, hoc eſt, à ſciente, materiam eſſe alienam, facta nova ſpecies manet ejus, cuius materia fuit, *l. De eo 12. §. 3. ff. Ad exhib. quia malâ fide & lucri faciendi cauſâ rein alienam contrectans & immutans facit furtum, pr. Inſt. de Oblig. ex delictis;* furtum autem domini acquirendi juſtus modus non eſt. Bonâ autem fide & ab ignorantibus, quòd aliena ſit, facta cedit ſpecificanti, §. *Cum ex aliena & §. 7. cit.* qui tamen priori domino præſtare debet materiæ æſtimationem, arg. *l. In rem 236 §. 5. ff. de R. V.* ne cum aliena jactura locupletetur, *cit. Manzius in §. Si ex aliena cit. n. 14.*

75. Nonò, Confuſio vg. vinorum, mafarum auri vel argenti, aliarumve materiarum liquidarum aut liquefactarum, ad duos dominos ſpectantium: quæ, ſi utriuſque voluntate, aut caſu fortuito confuſæ ſunt, corpus, quod ex earum confuſione fit, & ejuſdem cum rebus confuſis ſpeciei eſt, ſi res confuſæ à ſe invicem ſeparari nequeant, communes ſunt utriuſque, §. *Si duorum 27. Inſtit. ibid. & l. Aded cit. §. 9.* Cuius ſive utriuſque etiam manet, ſi res ſpeciei diverſæ, vg. aurum & argentum, vinum & mel utriuſque conſenſu aut caſu confundantur, & ſpecificatio ſeu novæ ſpeciei conſtitutio fiat, §. *Si duorum cit. & l. Aded cit. §. 8.* Si autem unius ſolius voluntate confuſio fiat, locus eſt diſtinctioni inter bonam & malam fidem; ſi enim fide bonâ & ſine ſpecificatione confuſæ ſint, confuſione conſtitutum corpus etiam commune eſt: malâ autem fide confuſarum rerum tota maſſa laſo cedere videtur, arg. *l. Cæ.*

l. Cuius per errorem 43. ff. de R. J. Robert. König ad hanc Rubr. n. 102.

76. Decimò, Permixtio, quâ duo corpora solida, quæ etiam post mixtionem discreta manent, suamque speciem singula retinent, vg. duorum frumentum inter se miscetur. Quod, si voluntate utriusque domini fiat, acervus est communis. §. *Quod si 28. Inst. de Rev. divis.* Si voluntate unius aut casu fiat, quilibet retinet dominium suæ partis frumenti, cum alterius frumento permixti; ut quantitatem vg. Scapham sui frumenti optimi cum alterius frumento deteriore permixti vindicare, atque insuper damni, quod ex permixtione cum alterius frumento patitur, refarcitionem petere possit, *l. Idem 5. pr. ff. de R. V. cit. Manz. in §. cit. n. 5. & Haunold. n. 116.*

Excipiendæ tamen sunt pecuniæ: quæ, si unius voluntate ita misceantur, ut discerni non possint, non communes, sed ejus fiunt, qui accepit, *l. Si alieni 78. ff. de Solut.* Quod de pecuniâ specialiter constitutum est propter quotidianum ejus usum in commerciis; ne scilicet aliquâ dominii incertitudine constituta, innumeris, præsertim mutui, emptionis, venditionis contractus fluctuarent, ut cum Argentoratensî Collegio advertit *cit. Haunold. n. 118.*

77. Undecimò, Intextura sive accessio aut adjunctio, quâ vg. alienus pannus vestimento, lecto fulcrum, statuæ manus aut pes, navî tabula, urceo ansa &c. per futuram, juncturam, suffulturam adjicitur; hoc enim si fiat, accessorium principali & pars toti, hoc est, id, quod adjicitur alteri, huic cedit; ut, qui istius, etiam illius dominus sit, si utiliter non possint separari. §. *Si tamen 26. Inst. ibid. & l. Sed si meus 26. §. 1. ff. de Acquir. rer. dom.* Et si rei retentæ vel aliter adjunctæ prior dominus actione in factum ejus æ-

stimationem petere: & si malâ fide in texta vel adjuncta est, intextentem tanquam furem convenire possit, §. *Si tamen cit. ubi cit. Harprecht à num. 7. & Manz à num. 19.*

Duodecimò, Scriptio, vg. cum alienæ chartæ seu membranæ characteres etiam aurei inscribuntur; hi enim etiam chartæ & istius domino de Jure cedunt, *l. Quæ ratione 9. §. 1. V. Litera. ff. de Acquir. rer. dom. De Jure*, inquam; quia hodiernis moribus charta cedit scripturæ; quod ista ferè pretiosior sit; & cum in ea ultimæ voluntates, contractus, rerum inventaria, super maximi momenti controversiis lata sententiæ, Orationes, Poëmata, aliæque lucubrationes exarentur, charta aut membrana cum iis comparata vix ullius sit æstimationis, in §. *Litera cit. Harprecht n. 7. & Manz à n. 4.*

Decimo tertio, Pictio sive picturæ: cui tabula cedit, §. *Si quis in aliena 34. Inst. ibid.* licet enim ædificium, planta, sata, scriptura &c. de Jure cedant solo, vel alteri subiecto, sine quo subsistere non possunt, tabula tamen cedit picturæ, ex mente Justiniani §. *cit. Gaii JCT. l. Quæ ratione cit. §. 2.* sententiam secutus; cum propter pretium picturæ: tum verò propter excellentiam artis; ridiculum enim Imperatori, nec immerito videbatur, picturam Apellis aut Parrhasii in accessionem vilissimæ tabulæ cedere; cum aliàs à digniori id, quod minus dignum est, & vilius à pretiosiori ad se trahi soleat, & conveniat, arg. *l. In rem cit. §. 4. Harprecht. & Manz. in §. Si quis cit. n. 4.*

Quod si pretium tabulæ multum excederet æstimationem picturæ, hanc illi cedere nequaquam ridiculum foret, & cum Justiniani Imp. ratione ipsa ejus dispositio cessaret, ut in §. *Si quis in aliena cit. cum Schneidewino n. 3.* notat Manzius n. 11, ut ad eò tali casu is, qui tabulæ est, picturæ

piſturæ quoque dominus efficiatur. Idem Juris eſt, ſi domus, paries, ſtatua fixa, aliæ res immobilis pingatur; quod & in his piſturæ ſubjectum cedere, non minus abſurdum ac ridiculum ſit, quàm in acceſſionem rudis & viliffimæ tabulæ cedere artiſicioſam piſturam Parthaſii vel Appellii.

80. Decimo quarto, Edificatio, §. *Cum in ſuo 29. & Ex diverſo 30. Inſtit. ibid.* quia, ſi domus, horreum, molendinum, vel aliud quidpiam ex aliena materiâ in noſtro, aut viciffim in alieno ſolo ex noſtra materiâ conſtruatur, ſoli, in quo conſtruitur, domino acquiritur, §§. *citr. & l. Aded cit. §. 10.* cum generaliter, ſicut acceſſorium principali, minus majori, totipars, ita, quod ſolo firmiter inædificatur & in eo ſtabilitur, ipſi cedat, *citr. Harprecht & Manz. in §. Cum in ſuo cit. n. 2.* Adverſus eum tamen, qui ex aliena materiâ in ſuo ſolo ædificavit, ſi id fecit bona fide, materiæ domino actio in factum ad æſtimationem & pretium materiæ datur; ne ædificans ex alieno cum domini jactura & abſque ejus voluntate locupletetur. Si autem id malâ fide fecit, ad materiæ pretium duplicatum; ac proinde, ſi ea conſtitit quinquaginta, ad centum reſtituenda eſt compellendus, §. *citr. V. Nec tamem;* quia quodammodo furtum fecit, *Harprecht & Manz. in §. cit. ille n. 11, iſte n. 23.*

Decimo quinto, Implantatio, §. *Si Titius 31. & Satio, §. Quæ ratione 32. Inſtit. de Rer. diviſ.* cum enim ipſa ædificia cedant ſubjecto ſolo, cui tantum incumbunt, multo magis iſti cedent plantæ, quæ in eo jam egerunt radices, & per has alimentum & incrementum ab eo accipiunt: uti etiam frumentum & cætera, quæ ex ſemine in terram jacto, in eâque mortuo reviviſcunt & multiplicata producuntur, *citr. Harprecht & Manz. in §§. cit. & Haunold, à n. 143.*

Decimoſexto, Perceptio fruſtuum 82. ex re aliena, bona fide poſſeſſa, perceptorum: qui poſſeſſori acquiritur, §. *Si quis à non domino 35. Inſtit. de Rer. diviſ.* cum propter rei curam & culturam; tum propter bonam fidem, quæ facit; ut poſſeſſor penè dominus reputetur, *l. Bona 48. pr. ff. de Acquir. dom. ſaltem poſt perceptionem;* quia poſſidenti ferè non minùs, quàm ipſa veritas præſtat, *l. Bona fides 136. ff. de R. J. Harprecht in §. cit. n. 35. & Manz. n. 4.*

Decimoſeptimo, Traditio, ſi ſcilicet dominus rem ſuam, ejus domini transferendi animo, alteri tradat, & hic eam traditam apprehendat, §. *Per traditionem 4. Inſtit. de Rer. diviſ. Traditionibus* namque, vel potiùs rerum traditarum apprehenſionibus & Uſucapionibus rerum dominia transferuntur, *l. 40. C. de Pactis.*

Eandem proprietatem ſive dominium 84. acquirendi modi, Civili Jure, prodi & ſanctionibus Eccleſiaſticis recepti ſunt Uſucapio ſive Præſcriptio & Aditio hæreditatis, *Harprecht in §. Singulorum cit. n. 12. & ſibi Manzius n. 8.* Quorum, uti & quaſi dominium, in Re & ad Rem temporalem quæcumque competentia jura acquirendi modorum explicationem aliquam in decurſu, accuratam autem ex inſtituto dabunt LL. Interpp. ac DD. Eorum, quibus Præſaturæ aliæque dignitates, beneficia, Officia & penſiones Eccleſiaſticæ, decimandi, eligendi, conferendique, Patronatûs ac Sepulturæ, cæteraque ſpiritualia hiſque annexa jura acquiruntur, vel amittuntur, ſuo quiſque loco ac ſede declarabitur.

ARTICULUS V. De Cauſis Poſſeſſionis & Proprietatis.

C c 3

SUMMA-

S U M M A R I U M.

85. *Causa Possessionis que dicatur.*
 86. *Pro ea adipiscenda competit Interdictum Quorum bonorum,*
 87. *Remedium l. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll.*
 88. *Quæ Hæreditatis petitione sunt utiliora:*
 89. *Interdicta Quorum legatorum,*
 90. *Et Salvianum:*
 91. *Quod potius est actione Servianâ:*
 92. *Remedium l. Creditores 3. C. de Pignoribus,*
 93. *Et Officium iudicis:*
 94. *Quod etiam pro incorporalibus datur.*
 95. *Pro retinenda possessione competunt Uti possidetis*
 96. *Et Utrubi Interdicta,*
 97. *Cum tempore quo ad possessionem coequata.*
 98. *Hodie pro possessione antiquiori,*
 99. *Vel meliorem titulum habente:*
 100. *In dubio variè pronuntiat.*
 101. *Uti possidetis Interdictum utile pro incorporalibus datur.*
 102. *Qua causa dicatur Proprietatis.*
 103. *Ratione Domini datur Rei Vindicatio:*
 104. *Pro iure in Re Confessoria,*
 105. *Vel Negatoria:*
 106. *Pro iure ad Rem actio Personalis.*

85. **P**ossessionis Causa dicitur quæstio seu controversia judicialis, quæ disceptatio principaliter est de Possessione vel quasi possessione adipiscenda, retinenda, vel recuperanda. Vocantur autem huiusmodi controversiæ in iudicium deductæ aliquando Interdicta, §. *Sequens 2. Et. Institut. de Interdict.* Et c. *Pastoralis* f. Aliquando, ut c. *cit. c.*

Cum super 4. Et à DD. passim Judicia aut etiam Remedia Possessoria, Menoch. *Comment. de Possess. Pralud. n. 1.* Aliquando & crebro usu dicuntur causa Momenti aut Momentariæ seu Momentaneæ possessionis, ut c. 1. *bâc Rubr. l. Unica C. Ubi de possess. Et l. Unica C. Si de moment. possess.* partim; quod res apud possessorem non diu sit duratura, si ejus proprietatem adversario competere ostendatur, Glossa in c. 1. *cit. V. Momenti, ubi Panormit. n. 7. Barbosa n. 3. Et Gonzalez n. 7.* partim verò; quod celeriter & quæstione proprietatis, atque aliis, quæ restitutioni moram facere possunt, rejectis, sit expedienda, l. 1. *ibi, Absque ulla cunctatione, C. Si per vim Et l. Si coloni 14. ibi, Celeri reformatione, C. de Agricol. Et censit. Cujacius in c. 1. cit. Et ex eo Gonzalez l. cit.*

Sunt autem Interdicta & Judicia Possessoria triplicis generis: & primi quidem generis actor instituit ad rei nondum habitam, sed sibi debitam possessionem adipiscendam. Cujusmodi sunt

Primò, interdictum *Quorum bonorum*, à primis Edicti verbis ita nuncupatum: quod ex communi DD. sensu & Prætorianæ mentis interpretatione non solum ei, qui bonorum possessor dicitur, & ex Prætoris Edicto jus & dominium hæreditatis consecutus est: sed cuicumque ex testamento, vel ab intestato hæredis, jure Civili defuncto succedenti, ad possessionem, quam nunquam habuit, avocandam, sive ad illam sibi tradendam, & confestim sine cunctatione ac remotis frustrationibus adipiscendam bonorum sive rerum omnium hæreditariarum, quas mortis tempore defunctus habuit, possessionem, competit adversus eum, qui de bonis illis aliquid possidet vel pro hærede; quod talem, cum revera non sit, se esse putet: vel pro possessore; quod successorem

tionem ad se non pertinere sciat: vel, qui dolo malo possidere desiit, aut fecit, quod minus possideret, *l. 1. ff. l. 1. §. l. Si ex Edicto 2. C. Quorum bonorum*. Non etiam adversus eum, qui iusto titulo possidet, *arg. l. Hereditatem 4. C. In quibus caus. cess. longi temp.* quia hujus in pari causa melior conditio est, ratione possessionis, *Reg. In pari 65. in 6. Menoch. Adipisc. Remed. 1. n. 34. Zoesius in ff. Quorum bonorum n. 2. & Perez in C. ad eandem Rubric. n. 5.*

87. Huic Interdicto affine Adipiscendæ possessionis remedium à Justiniano constitutum est *l. fin. C. de Edicto D. Hadr. toll.* cujus beneficiò hæres testamentò, sive ex asse, sive ex parte institutus, à iudice competente quandoocunque, id est, intra triginta annos, missionem in possessionem earum rerum, quæ mortis tempore fuerunt testatoris, petere potest adversus earum possessores: nisi rem aliquam usuceperint. Quæ missio, ut à iudice decernatur, opus est; ut hæres eam petens offerat testamentum rectè formatum, in exteriori forma ullo vitio, (ut sunt cancellatio, defectus subscriptionis, aut sigillorum rescissio) non laborans & publicè exhibitum in Originali, *l. cit.* Quò factò missionem non impediunt objecta testamentò vitia occulta, v.g. quòd sit falsum, ruptum, inofficiosum, ob filii præteritionem nullum, *l. Quamvis 2. C. de Edict. D. Hadr. toll.* quia huiusmodi oppositiones, tanquam altioris investigationis, & longioris ac plenariæ disceptationis quæstiones, ad iudicium Petitorium Hereditatis petitionis remittuntur, *Perez ad Rubric. cit. n. 5. & 10. & Bruneman ibid. n. 16.*

88. Quare Interdictum Quorum bonorum, uti & remedium hoc supervacaneum nequaquam est; quia, licet ad earundem rerum possessionem avocandam etiam

Hereditatis petitio tendat, utilis tamen hæredi est, si agat Interdictò, cum; quia non tam exactæ probationes & solum summaria cognitio, non ut in Ordinaria Hereditatis petitione exiguntur, & ad vitandas ambages, non admittuntur; sed proprietatis Petitorio iudicio reservantur exceptiones altioris indaginis, ipsius etiam domini: nisi hoc probari in contenti possit, *Menoch. cit. Remed. 1. à n. 109. tum verò; quia hæc in bonorum & rerum possessionem missio non impeditur interposita appellatione: imò ista contra eam non admittitur, l. Quisquis 6. C. Quorum appell. non recip. Miranta de Ord. Judic. p. 6. n. 321. De Jure tamen Canonico probabilius, quoad effectum duntaxat suspensivum; non etiam quoad Devolutivum, Hauptold. Tom. 1. de J. & J. Tract. 3. n. 332.*

89. Secundum est Interdictum Quorum legatorum, ut Codicis, sive, ut Pandectarum Rubrica habet, *Quod legatorum*: quod etiam hæredi vel bonorum possessori ejusque hæredibus competit adversus legatarios & fideicommissarios singulares; ut, quod quisque legatus, aut huic in quartæ deductione exæquati fideicommissi singularis nomine, citra hæredis, aut bonorum possessoris, vel saltem defuncti voluntatem propriâ autoritate occupavit, id hæredi, vel bonorum possessori de legato præstando caventi, restituat. Non quidem; ut hæres totum retineat: sed, ut deducat id, quod ex lege Falcidia sibi, aliàs quartam partem non consecuturo, debetur, *l. Unic. C. Rubric. cit.* reliquam verò legati legatariis, quibus debetur, restituat, *l. 1. §. 2. ff. Rubric. cit.*

Neque Interdicti hujus æquitatem ambigam reddit; quòd hæres dolo agere videatur, petendò rem legatam, quam legatario statim est restitutus, *l. Dolo §. ff. Doli & met. except.* quia hoc verum duntaxat

duntaxat est casu, quò hæres, & rem legatam, & ultra dodrantem nihil legatum; ac proinde ex legato sibi nihil deberi, agnoscit: horum autem alterò deficiente, cum rem detineri ipsius, propter Falcidiaz deductionem, interfit, Interdictum hoc ei dari, æquissimum fuit, Perez in *C. Quorum legat. n. 2.*

Neque id, quod Interdicti beneficiò receptum est, ab hærede retineri totum potest vigore, *l. Non est dubium s. C. de Legatis*, petitionem legati pro portione competente denegantis ei, qui rem legatam subtraxit, & propria autoritate occupavit; quia lex hæc exaudienda est de re, à legatario occupata post aditam hæreditatem & rei legatæ possessionem apprehensam; hoc enim casu vi dolove usus etiam rei possessione hæredem deiecit intelligitur; ut legatum meritò amittat: non de rei ante hæreditatis aditionem & adhuc possessore vacantis occupatione tanquam suæ; hæc enim facta, legatum peti posse, liquet ex *l. 1. cit. §. 2. verbis, Ut legatarij eum possint convenire, cit.* Menoch. *Adipisc. remed. n. 9.* Perez *n. 5.* Haunold. *n. 342.* & Wifenbach *ad ff. disp. 23. n. 14.*

90. Tertium est Interdictum, quod à Salvio Juliano Edicti authore *Salvianum* nuncupatur, & prædii Rustici, atque ex interpretatione DD. etiam Urbani, locatori competit adversus conductorem, sive colonum, etiam partiarium vel inquilinum: imò etiam adversus tertium possessorem, ad avocandam ab eo & adipiscendam possessionem rerum, ab eo prædio illatarum vel invectorum: quæ in urbanum tacite, sive ipsa illatione: in rusticum autem prædium illata, expressâ conventionem pro conductionis mercede sive pensio- ne, pignori sunt obligata, *l. Si non 4. l. fin. C. In quibus caus. pig. tacite & s. Adipiscenda 3. in fine, Institut. de Interdictis, Ma-*

ranta *cit. p. 4. disp. 7. n. 11.* & Menoch. *Adipisc. remed. 3. n. 5.* Quò remediò domino prædii locatori prospiciendi ratio fuit calliditas & malitia colonorum & inquilinorum, ad mercedis sive pensio- nis solutionem eludendam sub conductionis finem sæpe clanculum invec- ta exportan- tium & alienantium, Manz. in *§. Adipiscenda cit. n. 13.*

Neque interdicto huic utilitatem adimit actio Serviana, locatori com- pensans ad rerum prædio illatarum à quocun- que possessore avocationem & retentionem, donec ei integrè satisfiat, *s. Item Serviana 7. Institut. de Aliionibus*; quia actio hæc non, ut Interdictum; iudicii possessorii, sed petitorii est: & actorem gravat permolestò onere probandi, rem obligationis tempore fuisse in bonis debitoris sive conductoris, *l. Et qua, notandum 15. §. 1. ff. de Pignoriibus*. Interdictò autem ei consulitur, ut pignus com- pendiariâ viâ persequi possit: cum satis sit probare, res in prædium introductas vel importatas: non attentò, an fuerint inferentis, nec ne, Welenbec. in *ff. de Salviano interd. n. 2.* & Manz. in *§. cit. n. 10.*

Quartum Adipiscendæ possessionis remedium extat *l. Creditores 3. C. de Pignoriibus*: vi cuius creditor, qui cum debitoris suo pactus est; ut, si iusto tempore non solveret, sibi propria autoritate ingredi liceat possessionem rerum debitoris. Hæc tamen conventionem non obstante, creditor, ne sibi jus ipse dicat & materiam præbeat tumultui ac scandalis, iudicis autoritate possessionem ex honestate, vel Juris necessitate, pro *l. cit. expositionum diversitate, adipisci debet*, Bruneman, in *l. cit. n. 4.*

Quintum ejusdem remedium est iudicis Officium, quod hæres consultò implorat; ut ejus autoritate & auxilio vacantem rerum hæreditariam possessionem nati-

nem nanciscatur absque incommodo; quod, si eam propria autoritate apprehendere velit, timere potest, *arg. l. Restituere 68. ff. de R. V. C. l. Si quis 3. pr. ff. De vis fiat et, qui in possess.* Menoch. *Adipisc. remed. 6. num. 4. & Haunold. cit. Tract. 3. n. 348.*

94. Idem iudicis Officium pro Adipiscenda possessione vel quasi imploratur ab eo, qui prævia electione, præsentatione, vel nominatione, & subsecutâ confirmatione, vel institutione aut collatione liberâ, dignitatis vel alterius beneficii Ecclesiastici titulum & proprietatem consecutus est; hic enim, ut ejus actualem, sive, ut aiunt, Corporalem possessionem nanciscatur, ad Archidiaconum, *c. Adhuc 7. de Offic. Archidiacon. vel alium, de Jure vel consuetudine in possessionem mittendi facultatem habentem, pro ejus adeptione recurrit, secundum Marantam cit. p. 4. dist. 7. n. 13. & Menoch. Adipisc. remed. 6. n. 34. vel instar ejus, qui remedio l. fin. C. de Edicto D. Hadr. toll. ad rerum hæreditariarum possessionem adipiscendam agit, in dignitatis, vel alterius beneficii possessionem mitti, petit ab Archidiacono, aliòve eam potestatem obtinente: qui, e- jus jure, ex Apostolica confirmationis, vel alterius provisionis literarum inspectione apparente, eum in dignitatis & beneficii possessionem mittat, Bald. in l. Si a- quam 2. C. de Servit. & Aqua n. 65. cit. Menoch. n. 35. & Haunold. n. 331.*

95. Secundi generis Interdicta ad Retinendam possessionem intentantur ab eo, qui in possessione, justâ, injustâve, *l. Justa 2. ff. Uti possidetis*, quam nec vi, aut clam, neque etiam precario ab altero, id est, adversario suo nactus est, injustè & extrajudicialiter turbatur, aut quò minus eâ uti quietè possit, impeditur. Cujusmodi Interdicta duo prodita sunt, alterum *Uti possidetis*, alterum *Utrubi*, sic dicta à pri-

mis verbis Edicti Prætoriani, quò sunt introducta. Prius pro immobilium solo 96. coherentium: posterius pro mobilium possessione tuenda & retinenda, *vg. Titio, prædium, aut equum possidenti, datur, eum in illius cultura & fructuum collectione, vel istius usu à Cajo turbatur, molestatur, vel impeditur; tali enim casu olim pro possessione pacificè retinenda aditus Prætor, causâ summatim cognitâ, interdictum de prædio tanquam re immobili juxta formam pr. l. 1. ff. Uti possidetis: super equo tanquam re mobili, juxta pr. l. 1. ff. Utrubi, reddebat; ut Titius vinceret, si prædium tempore interdicti nec vi, nec clam, nec precario à Cajo adversario suo cit. l. 1. §. 5. C. fin. ff. Uti possidetis: equum vero, si majorè parte anni retrorsum numerati eodem modò possidisset, l. 1. pr. ff. Utrubi. Postea verò Jus mutatum & utriusque Interdicti vis ac potestas, quantum ad possessionem attinet, exæquata est; ut, sive res immobilis, sive mobilis esset, ille, ac proinde in proposito casu Titius vinceret, qui prædium aut equum illatæurbationis & litis contestatæ tempore sine vitio, hoc est, nec vi, nec clam, neque precario à Cajo possideret, l. 1. §. 1. ff. Utrubi C. §. Retinenda 4. V. Hodie, Instit. de Interdict. Perez in C. Uti possidetis, n. 3. & Manzius in §. Retinenda cit. n. 17. 42. C. 45.*

Hodie ista etiam non usquequaque 98. attenduntur, sed usu ferè observatur Jus Canonicum; & vincit is, qui de antiquiori possessione fidem iudici fecerit, ex rescripto Innocentii III. relato *c. Licet 9. V. Ex præmissis, de Probat.* cum enim, qui semel probatus est possessor, possessionem non deseruisse, sed retinuisse, præsumatur, si contrarium non probetur, *arg. c. Cùm ad sedem 15. C. fin. de Restit. Spoliat.* probatâ antiquiori possessione, quæ per aliam probationem non servatur, indu-

D d

citur præ-

citur præsumptio, priorem verum ac legitimum possessorem: ejus autem adversarium in valorem & violentum aut clandestinum detentorem esse, *l. fin. C. Unde vis*; quia eandem rem & eodem modo in solidum possidere duo simul non possunt, *l. Possideri 3. §. 5. ff. de Acquir. poss. §. l. Duo 19. pr. ff. de Precario*, Berolius in *c. Licet cit. n. 54. Maranta disp. cit. n. 19. Covarruvias Practic. cap. 17. n. 6. in fine & Barbosa in c. cit. n. 17.*

99. Si antiquiorem neuter: sed æquæ antiquam possessionem uterque probet, præfertur is, qui titulum: vel, utroque hunc exhibente, qui illius, sive possessionis antiquiorem ac meliorem titulum ostendit, *c. §. V. cit. ibi. Cum justum possessionis titulum non ostendat*; quantumvis enim in Retinendæ interditiis, cum de possessione constat, titulum probare necesse non sit, *cit. l. Justa §. Retinenda. V. Commendum*, in dubio tamen de ea, vel ejus antiquitate, titulus multum conducit; quia eum ostendens, se nec vi, aut clam, nec precario possidere probat; ut ideo adversario Jure præferatur & vincat, *cit. Berolius n. 57. Maranta n. 19. & Menoch. Retinenda remedia. 3. n. 733.*

100. Si tituli æquæ antiqui bonique & verisimilis probatio militet pro utroque, anceps negotium, ingens dissensio & Opinionum varietas est apud Doctores; aliqui enim, *Uti possidetis, ita possideatis*, pronuntiandum; ut neuter vincat, aut vincatur; alii, possessionem avocandam auctoritate judicis, & apud alium sequenda: & rursus alii, reum, sive eum, qui ad iudicium provocatus est, absolvendum volunt; quod, cum utriusque partis jura, ut hoc casu, obscura & dubia sunt, pronuntiarum soleat contra actorem: qui eò ipsò; quod melius, quam reus, non probet, ad victoriam probare non censetur, *arg. c. fin. §. Sanè, de Jurejurando. Qui-*

dam recurrendum aiunt ad Principem; ab isto verò, ad rixas aliàve incommoda publica evitanda. Item, si alià vià nequeat, dirimendam sorte, aut factâ divisione utrique adjudicandam partem aliquam possessionis; ut sic litigantium alter adversus alterum, cum voluerit, in iudicio petitorio pro altera etiam parte agat. Nisi Princeps sequi malit exemplum omnino Regium M. Sylvii Othonis, qui adhuc privatus, ita ancipitis controversiæ, agitata de agro, arbiter electus, hunc à litigantium altero emptum alteri donandò litem sustulit, apud Fulgolum *Lib. 8. cap. 2.* Quas aliàsque Opiniones referunt *cit. Berolius n. 58. & Menoch. à n. 740.* omnibus discussis monens, accidere vix posse; ut doctus & accuratus iudex, adhibito Jurisperitorum consilio, non deprehendat conjecturas & præsumptiones, quæ litigantium alterius possessionem faciant potentiores.

Atque hoc retinendæ possessionis remedium & *Uti possidetis Interdictum*, etsi directè pro rebus solum corporalibus introductum sit, Utile tamen etiam pro incorporalibus competit iis, qui in dignitatis vel alterius beneficii: in juris decemendi, eligendi, præsentandi, vel conferendi: in jurisdictionis Ecclesiastica, vel Secularis: in pascendi & similitum jurium quasi possessione ab alio turbantur & impediuntur; ut pro eorum ab omni molestia & impedimento libero usu agere possint, ut aliis DD. relatis latè ostendit laudatus Menoch, *à n. 115.*

Tertii generis Remedia possessoria ad possessionis, vi præsertim amissæ, recuperationem tendunt: quorum declarationem dabimus ad *Rubricam* sequentem.

Proprietatis causa dicitur omnis questio de dominio vel quasi, de quocunque jure In re, vel Ad rem duntaxat, quod extra pos-

tra poſſeſſionem eſt, inter aliquos orta & in iudicium deducta: cujus iudicialis diſcuſſio definitioque iudicium Petitorium nuncupatur, c. *Cum ſuper* 4. c. *Cum dilectus* 6. Sc. Maranta de *Ord. Judic.* p. 4. diſt. 7. n. 1. & Vallenf. ad hanc Rubric. §. 1. num. 2.

103o Ratione domini competit Rei Vindicatio: quæ eſt Actio, quæ res noſtra ab alio poſſeſſa petitur, l. *Actio* 75. ff. de *O. & A.* ſive Actio Realis, quæ dominus agit aduerſus poſſeſſorem rei ſuæ corporalis: & petit, ſe ejus dominum declarari, eamque officiò iudicis ſibi à poſſeſſore reſtitui, Welſenbec. in ff. de *R. V.* n. 2. & Perez in *C. eadem Rubric.* n. 2. ſic enim Titius prædium vel domum ſuam, ſeſeſcente, à Cajo occupatam, equum fugã ad hunc delatum, annulum amiſſum ab eoque inventum recuperaturus, cum ea reſtituere nolentem ex prædio domòve expellere vi, equum & annulum eripere propria authoritate non poſſit, quin ea perdendi periculo ſe exponat, l. *Si quis in tantam* 7. C. *Unde vi* & l. *Creditorum* 7. ff. de *Vi privata*, iudicem adit & propoſitã actione ab eo petit; ut, cognitã cauſã, res illas à Cajo occupatas ad ſe pertinere, declaret, atque ad earum cum fructibus reſtitutionem detentorem condemnet. Quæ actio Rei Vindicatio à *Vindicando* ſive liberando vocatur, quòd eã res de manu & jure poſſeſſoris liberetur & avocetur, Gellius *Lib.* 10. *Noſt.* *Artic.* cap. 9.

Hæc autem Actio in iudicio Petitorio propoſitã, ut actor obtineat, & v. g. Titio ad petitarum rerum reſtitutionem Cajo condemnatur, duo & imprimis quidem probare debet, eas eſſe ſuas, ſive ad ſe jure domini pertinere; cum enim intentionis ſuæ fundamentum & actionis cauſa proxima ſit dominium, quod in re petita ſe habere, ait, §. 1. *V. Namque*, *Inſtit. de Actionibus* & l. *Certum* 6. §. 2. ff. de

Confefſis: & intentionis ſive actionis ſuæ fundamentum probandi onus actori incumbat, l. *Quoties* 18. ff. & l. *Actor* 3. C. de *Probat.* à Titio; ut ad rerum, quas petit, reſtitutionem Cajo ipſi condemnatur, earum dominium probari, eſt neceſſe. Deinde probare debet, res, quas petit, à Cajo, eas retinendi nullam juſtam cauſam habente, poſſideri, l. *Qui petitorio* 36. pr. ff. de *R. V.* & l. *Unic.* C. de *Alien. jud. mur.* ſuò, aut etiam aliend nomine, ut à commodatario, depositario, conductore & ſimilibus reſalienæ detinentur, l. *Officium* 9. ff. de *R. V.* cujus *V. ſin.* ratio redditur; quòd hi quoque reſtituendi habeant facultatem: vel ſaltem res illas à Cajo poſſideri dolò deſiſſe, pr. *cit.* & l. *Sine autem* 27. §. 3. ff. de *R. V.* quia dolus pro poſſeſſore eſt: pariãque ſunt, rem adhuc poſſidere, & poſſidere dolò deſiſſe, l. *Qui dolo* 131. & l. *Parem* 150. ff. de *R. J.* Quorum utrumque ſi Titius probet, ei Cajo condemnabitur, ut dictum, ſi alterum non probet, iſte, etiamſi nihil præſtiterit, ab ipſius impetitione abſolvetur, §. *Sane cit.* Perez ad *Rubric.* *cit.* n. 6. & Manzius in *cit.* §. 1. *V. Veluti ſi rem*, *Inſtit. de Action.* num. 26.

104o Pro rebus incorporalibus, quarum, licet non verum & proprie dictum, quaſi dominium tamen & quaſi poſſeſſio datur; ut ſunt uſusfructus, itineris, actus, viæ & aliæ ſervitutes, juridiçtio, dignitates, beneficia ac penſiones Eccleſiaſticae, paſcendi, venandi, decimandi, conferendi, præſentandi & ſimilia jura, prodita ſunt Rei Vindicationi affines eæque variæ Actiones Reales, præſertim Confefſoria & Negatoria: quarum prior datur aduerſus eum, à quo quis ab ejuſmodi juris uſu impeditur, Welſenbec. in ff. *Si ſervit. Vindic.* n. 1. Manz. in §. *Aequè* 2. *Inſtit. de Actione Confefſoria* n. 19. & 23. Eã autem in iudicio propoſitã, ut quis ſententiam pro

tiam pro se ferat, ejusmodi jus, quod conficitur & sibi competere asserit, uti & impedimentum libero ejus usui obtans, ab adversario, sive reo convento objectum, tanquam intentionis suæ fundamenta probare debet, Mynsing. in §. cit. n. 28. & Manzius n. 26. Posterior sive Negatoria ratione rei alicui, vg. prædii domino, competit adversus alium, prætendentem & utentem aliqua servitute, vg. viæ, aut alio jure in re illa, scilicet prædio, quod dominus asserit liberum, & præsentia servituti obnoxium esse negat, cit. Mynsinger in §. *Equæ*, *Contra quoque n. 35.* & Manzius n. 11.

105. Quâ actione in iudicium deductâ, prædium à præsentia servitute liberum pronuntiatur: nisi, viæ, aut aliam servitutem prætendens, hanc in eo constitutam, & sibi deberi probet; cum enim unaquæque res esse libera à jure præsumatur, donec eam servituti obnoxiam esse probetur, l. *Ab ea* s. §. 1. ff. de *Probat.* non prædii dominus libertatem, sed ejus adversarius, quam prætendit servitutem, probare debet, cit. Mynsinger n. 37. & Manz. n. 19.

Jus ad Rem duntaxat, sive personam ad aliquid dandum, faciendum seu præstandum sibi obligatam habentibus competunt Actiones Personales, sive, ut etiam vocantur, Conditiones. Quali actione, si Titius Cajum, ut vg. centum numeret, domum ædificet, damnum relarciar, Petitoriò iudiciò convenire velit, ne ab isto per exceptionem repellatur, non solum ea sibi præstandi obligationem, tanquam actionis suæ causam proximam, sed causam quoque ejus remotam, sive titulum specificum, ex quo ea præstandi obligatio orta est, scilicet venditionem equi, conductionem ejus operarum, aut alium contractum, vel quasi contractum, damnificationem seu injustam læsionem, aut aliud delictum vel quasi delictum libellò

exprimere, s. *fin. de Libell. oblat.* & ut ad ea sibi præstanda Cajus condemnatur, tanquam intentionis suæ fundamentum probare debet, arg. l. *Quoties* & l. *Alter cit.* Hujusmodi Actiones Personales permultæ sunt: quarum, uti & Actionum Realium singularium nomina atque explanationem LL. Interpp. præfertim ad *Rubic. cit. de Actionibus* plenâ manu dabunt.

ARTICULUS VI. De Judice Possessionis & Proprietatis Causarum.

SUMMARIUM.

107. *Judex hujusmodi causarum, sive eandem rem motarum, idem,*
108. *Sive Juris utriusque aperta definitiones,*
109. *Sive ratio & causarum connexionum continentia spectetur:*
110. *Nisi litigantes ordinis diversi, unus Ecclesiasticum, alter seculare forum sortiantur.*
111. *De utraque cognoscit, cui causa in genere;*
112. *Utri & cui Proprietatis solam,*
113. *Possessionis tamen causam non excelsam, committitur;*
114. *Saltem, si istius cognitionem illa exigat.*
115. *De re spiritali in Petitorio iudex Ecclesiasticus est.*
116. *In Possessorio laicum esse posse, videntur,*
117. *Et affirmantium Opiniones, ac fundamenta.*
118. *Singularis expositio c. fin. de Judiciis.*
119. *Cum reus clericus, iudex Ecclesiasticus est,*

120. Nulloque Jure admittitur Seculari.
 121. Verus & verus intellectus c. fin. cit.
 122. Idem iudex est Possessorij, mixtam habentis quaestionem Juris.
 123. Cum hac non mixta, & reus est laicus, causa Mixti fori est:
 124. De eaque etiam cognoscit iudex Secularis,
 125. Saltem ex consuetudine.
 126. Quae nec rationi.
 127. Nec Juris textibus adversatur.

107. **U**tramque hanc causam, sive super ejusdem rei possessione ac proprietate in iudicium deductas quaestiones non dividendas, sed ejusdem iudicis cognitioni definitionique utramque relinquendam, clara definitio est, Imp. Dioclet. & Maxim. l. Ordinarij 13. C. de R. V. & Constantini M. l. Nulli 10. C. de iudiciis, non solum denegari audientiam, sed poenam quoque iudicis officio infligi praecipiens, *Ei, qui alium super possessione, alium super principali, sive Proprietatis, Glossa in l. cit. V. Principali, quaestione iudicem postulaverit.* Quae rescripta Imperialia praeculis habuit c. 1. relatus Gregorius Magnus Felici Siciliae Duci rescribens ait, *Legali provisione decretum est, tam momenti, sive possessionis, quam proprietatis causam sub uno eodemque iudice debere cognosci.* Juris utriusque clarissimis definitionibus non minus perspicua ratio est partim; quia quaestiones & causae illae sunt connexae: causarum autem connexarum continentia dividenda non est, per textus cit. & c. Translato 3. de Constit. partim vero; quia causa possessionis preparatoria est ad causam proprietatis, de qua agi non potest, antequam constet, uter ex litigantibus possideat: & qui de illa cognovit, ad istius causam

facilius terminandam est instructus; ac proinde cum circa eandem rem utraque verteretur, ut litium brevitati consulatur, c. fin. de Dolo, & parcatur litigantium laboribus atque expensis, c. fin. de Rescript. in 6. utriusque, iudicem, cum potest, eundem esse convenit, non tantum, cum utraque simul in iudicium deducitur, sed etiam, quando finita, quae de possessione erat, controversia, agitur super proprietate, ut cum Glossa in c. 1. cit. V. Sub uno & in l. Nulli cit. V. eodem & Bartolo ibid. n. 2. docent Tuschus Practic. V. Possessorium, conclus. 446. n. 5. & alii relatis Barbola in c. cit. n. 4.

Hanc tamen ita firmatam Juris definitionem difficillimam reddit altera non minus explorata decisio, c. fin. de iudiciis, qua potestati Florentinae super proprietate juris, inter Monasterium & communitatem Secularem controversa, cognitio judicialis denegata est: quantumvis super ejusdem juris possessione seu quasi, inter eadem controversa, jam pronuntiavit. Eandem definitionem ancipitem reddit non contemnenda ratio; quia proprietas cum possessione nihil habet commune, l. Naturaliter 12. §. 1. ff. de Acquir. possess. & saepe penes diversos ac separatae reperiuntur, l. 1. §. 2. ff. Utri possid. ut propterea is, qui in iudicio de possessione succubuit, si de proprietate litem moveat, rei iudicatae exceptione non repellatur, sed audiatur, l. Et an eadem 14. §. fin. ff. de Except. rei iudic. Accedit; quod proprietas & possessio diversimode acquirantur, & amittantur; quia rei, v.g. hereditatis, proprietas aliquando solo animo acquiritur, l. Cum heredes 23. ff. de Acquir. poss. possessio autem, ut acquiratur, res vere aut ficta debet apprehendi, l. Possideri 3. §. 1. & 21. l. Quod meo 18. §. 3. Contra possessio solo animo amittitur, l. Possideri cit. §. 6. non etiam proprietas, l. Si quis

Dd ;

Si quis

Si quis vi 17. §. 1. ff. de Acquir. possess.

Sed rationis istius ea vis non est; ut in contrarium militanti prævaleat, & ab explorati Juris definitione persuadeat recessum; quantumvis enim possessio & proprietas, quoad naturam, acquisitionem, amissionemque, nihil habeant commune, & separari possint, utraque tamen versatur circa unam eandemque rem, quæ apta est, ut possideatur, & propria sit alicuius: earumque una cum altera connexa est quoad cognitionem judicialem; cum, ut dictum, unius cognitio præparatoria sit ad cognitionem alterius & iudicem instruat ad alteram facilius & citius expediendam.

Non majorem vim *c. fm. cit.* in specie difficillima decisio habet; quia procedit de casu, quò auctor & reus sunt Ordinibus diversi; ut *in c. cit.* casu communis ex una, & ex altera parte Abbas cum Conventu: quorum illa Seculare, isti Ecclesiasticum forum sortiebantur; ac proinde respectu istorum, ab illa super proprietate conventorum, Florentina, utpote Secularis, potestas incompetens, imò omnino incapax iudex fuit, per textum *c. Qualiter 17. de Judiciis, c. Nullus 2. c. Si diligenti 12. de Foro compet. §. c. Seculares 2. eadem Rubr. in 6. ut in c. fm. cit.* cum Glossa *V. Proprietate*, advertunt Panormit. *2. n. 14.* Felinus *n. 8.* & Barbosa *in c. 1. cit. n. 5.* Sed hinc

III. Dubium oritur, an ergo, delegatâ alicui causâ in genere, utraque tam possessionis quàm proprietatis causa delegata censeatur, Rationem dubitandi non nemo desumit ex *c. 1. §. Cælestinus, de Sequest. poss.* ubi iudici, qui de possessione cognovit, etiam proprietatis cognitio ex ea tantum ratione tribuitur; quòd ei utraque causa fuerit commissâ; itaque tacite innuitur, non per se, sed ex speciali delegantis mente, ab eodem utramque

pertractari posse. Sed perperam & contra textum: quòd de utraque possessionis & proprietatis causa cognitio delegato adstruitur ex ratione; quòd causa *Abso- lute & indistincte commissâ fuerit, & e- jus contentia dividi non debeat*: quibus verbis clarè deciditur, causâ in genere delegatâ, utramque delegatam cense- ri, ex mente, non tam speciali personæ de- legantis, quàm generali Juris ita dispo- nentis, *c. 1. §. l. Nulli cit.*

Dubium secundò est, an iudex, cui delegata est causa proprietatis, pronuntiare etiam valeat super causa Possessionis. Negativa tradi videtur, *l. Si de proprietate 3. C. Si à non compet. iudice*: secundum quàm, si à iudice, ad causam proprietatis datò, de possessione pronuntietur, id causæ illi non nocet. Ratio est; quòd rescripta Justitiæ sint stricti Juris, & non extendenda ad ea, quæ non sunt expressa, per tradita, *Lib. 1. Tit. 3. à n. 105.* Confirmatur paritate iudicis delegati ad causam possessionis, ut *vg.* super molestationibus & infestationibus cognoscat: quem de proprietate cognoscere non posse, à DD. est receptum & expressè traditur à Glossa *in c. 1. V. Indistinctè.*

Sed hac in re opus est distinctione: vel enim proprietatis causa ita delegata est; ut solum eam, possessionis causa exclusâ, commissam ex rescripti tenore colligatur; vel, etsi sola quidem illa sit expressa, hanc tamen rescripti tenor non excluderit? Si prius, solius proprietatis definitionem delegato competere, res est explorata; quia fines mandati diligenter custodire delegatus debet, & egredi non potest, *c. Cum dilecta 22. de Rescript. §. l. Diligenter §. pr. ff. Mandati* Si posterius, de illa sive possessionis causa cognoscere poterit saltem, quando hæc accessoria & ad proprietatis causam discutendam necessaria est; quòd, non præmissò iudicio pos-

ciò possessoriò, non constet, uter litigantium rei vel actoris sustineat partes, & probandi onere gravetur vel sublevetur, Menoch. *Recup. remed.* 15. n. 368.

Ne autem cum hac resolutione, *l. Si de proprietate cit.* pugnet, eam de casu, quò proprietatis causa specialiter & sola expressè commissa est, intelligunt Barbosa & Gonzalez in *c. ad ultimum* 2. uterque n. 2. Quò casu de possessione à delegato pronuntiaris non posse, etiam advertit Bruneman in *c. cit.* n. 4. cum n. 1. monuisset, ejusmodi iudicis dati sententiam, *l. cit.* pro invalida haberi, si non de proprietate, sed de possessione tantù sit pronuntiatum. A vero etiam non aberraret, qui cum Glossa in *c. Pastoralis* 5. V. *Requisitus*, & Panormit. *ibid.* n. 11. l. *cit.* plus non asseri vellent, quàm ab ejusmodi delegato super possessione latam sententiam proprietati ideo non obflare; quòd super illa, sive proprietate agere possit is, contra quam in Possessorio est pronuntiatum.

Minùs obstat paritas cum delegati-
one causæ possessionis, aut Regula, quæ delegatus, postquam sententiam tulit, officio suo functus esse dicitur; quia ea paritas non subest; cum proprietatis, utpote dignior, ad se trahat possessionem, & hæc illam sequatur: non vice versà possessio ad se trahat proprietatem. Regula autem illa exaudienda est de sententia lata super tota causa, & non super una tantùm ejus parte, *c. Ex literis* 9. de *Offic. deleg.* Pirrhing. *ad banc Rubr.* n. 21.

115. Dubium tertio &, sicut momenti maximi, ita difficillimæ resolutionis controversia inter DD. est de iudice causarum, super rerum spiritualium & spiritualibus annexarum, v.g. matrimonii, decimarum, juris patronatus quasi possessione in iudicio deductarum. Super quasi possessione, inquam; quia controversiarum, super

ejusmodi rerum proprietate motarum, cognitionem soli Ecclesiastico iudici competere, *c. Decernimus c. Quanto* 3. de *Judiciis*, *c. Suam* 3. de *Ord. cognit.* *Ec. de-*
cisum & dictum est, *Tit. 2. n. 98.*

Eidem iudici Ecclesiastico soli contro-
116. versiarum, super spiritualium hisque annexarum rerum iuriumve quasi possessione motarum, cognitionem competere, cum Ant. de Butrio in *c. fin. de Judiciis* n. 20. Ripain *c. Decernimus cit. num.* 17. & T. T. frequentiori calculò id propugnantibus, probabiliter omnino defendunt Gutierrez Canon. *2. Lib. 1. cap. 34. à n. 26.* Garcias de *Benefic. p. 1. cap. 2. à n. 50.* Moneta de *Decimis cap. 8. q. 1. n. 11.* Martha de *Juridict. p. 4. cent. 1. casu* 24. Barbosa *Jur. Eccles. Lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 173. & 177.* multis aliis DD. ex more congestis, & novissimè Ranbeck *Panoplia Immunit. disp. 2. cap. 5. à n. 9.*

Moventur partim Jure, *c. Decernimus cit.* cujus textu, tam possessorium, quàm petitorium rei spiritualis in foro Ecclesiastico intentandum disertè statuit, asserit laudatus Ranbeck n. 10. *Clement. Unic. de Sequest. poss.* quæ, ut idem ait, supponitur, causam possessionis coram iudice Ecclesiastico ventilandam, & *Clement. fin. de Judiciis*, ubi, præstationem decimarum urgeri posse, asseritur, propositis censuris Ecclesiasticis, quas ferre nequit potestas Secularis: partim ratione; quia Imprimis causæ rerum spiritualium in petitorio, sive cum de proprietate controversia est, cognitio ad iudicem Ecclesiasticum solum spectat, *citt. c. Decernimus, c. Quanto* &c. Cùm ergo causarum connexarum continentia dividenda non sit; ut, qui de illarum una cognovit, cognoscere etiam debeat de altera, *c. 1. & l. Nulli* *citt.* iudex Ecclesiasticus cognoscere solus poterit de causa possessionis. Deinde; quia possessio rei spiritualis etiam ipsa

ipsa est spiritualis; cum, si iusta sit, involvat ius eam detinendi; quod non minus spirituale est, quam ipsa proprietatis rei spiritualis. Demum; quia in possessorio rei spiritualis exhibendus est titulus, sive causa possidendi, ut cum Decio in l. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll. & aliis observat Steph. Gratianus *Discept. Forens. cap. 238. n. 9.* cuius causæ sive tituli cognitio cum competat soli iudici Ecclesiastico, ad hunc etiam causæ possessionis discussio pertinebit. Confirmat ista; quod consideratis omnibus, quæ in contrarium allegari possunt & solent, si non certum maneat, saltem dubium reddatur, an causæ rerum spiritualium hisque annexarum in Possessorio fori Ecclesiastici propriè sint; ac proinde locus sit Regulæ, quod in dubio, an iurisdictio ad illud vel Seculare forûm pertineat, illud tanquam dignius semper sit præferendum: quam agnoscunt Felinus in c. *Pastoralis* 14. de *Rescript. num. 4.* Jason in l. *Ex quacunque* 2. ff. *Si quis in ius voc. n. 19.* & Carol. de *Grassis Effectu Clericat. l. n. 1261.*

117. Huiusmodi iudicia possessoria, sive de spiritualium hisque annexarum rerum quasi possessione ortas controversias, in foro etiam Seculari agitari posse, cum Guidone Pap. *Decis. l. n. 149.* & Boerio *Decis. 69. n. 23.* contendunt Interpp. & DD. alii magno numero relati à *citr.* Barbosa n. 161. asserente, eorum doctrinam, præcipuorum Europæ tribunalium praxi receptam, itaque firmatam, ut Herculi clavam extorquere facilius sit, quam ex ejus assertorum mentibus evellere hanc opinionem. Nituntur etiam ipsi Jure & Ratione.

Ex illo sive Jure allegant Imprimis c. *Causam 7. Qui filii legitimi*, ubi relator rescripto Alexander III. disertis verbis, *Nos, inquit, attendentes, quod ad Regem pertineat, non ad Ecclesiam de posses-*

sonibus iudicare, mandamus quatenus Regi possessionem relinquens de causa principali cognoscatis. Deinde can. *Ecclisimus*, l. 1. g. 1. quò relatò Concilii Carthaginensis III. decretò Episcopus, qui plebem alienam, Episcopalem iurisditionem in eam extendendo, invalerat, relinquere contempsit, Principis Secularis Judicaria potestate fuit compulsus, Demum & præcipuè, c. *fin. de Judiciis*, ubi Potestas Florentina, sive istius Civitatis Magistratus Secularis de possessione vel quali juris eligendi Rectorem castri de Signa, inter Abbatem & Conventum S. Mariæ ex una, & loci communitatem ex altera parte, controversâ pronuntiavit, luculentò argumentò curiæ Seculari competentis cognitionis causarum super possessione vel quasi rerum spiritualium in iudicium deductarum. Quod argumentum, qui eludere conantur asserendo, *cit.* textu agi de jure eligendi merè temporali, spectante electionem Rectoris, non Ecclesiastici, vg. Parochi, sed politici & Secularis, confutari nonnemo existimat ipso textu; quòd, si istò de jure eligendi Rectorem Secularem sermo esset, potestas Florentina Secularis de proprietatis quoque, non solius possessionis causa cognoscere potuisset, neque pro istius discussione ad curiam Ecclesiasticam fuisset recurrendum, arg. *cc. 1. hâc Rubr. & de Sequestr. possess.*

Ratio, quâ moventur, unica est; quia causa possessoria rei spiritualis non est spiritualis, hòc ipsò; quòd talis non sit rei spiritualis possessio; cum per actus merè temporales rei, scilicet apprehensionem, molestationem, detentionem, nihil spiritualitatis continentes acquiratur, curbe- tur, auferatur.

Inter has Opiniones, licet primatior sit, mediam tamen & satis etiam tutam viam incedunt alii, adhibita & à nobis

nobis, Tit. 10. n. 15. approbatâ geminâ
 distinctione. Unâ inter litigantes alterâ
 inter ipsas possessionis causas. Et primò
 quidem, cum litigantium uterque, vel
 saltem reus conventus clericus, aut alia
 persona, locus, vel communitas Ecclesia-
 stica est, causâ possessionis cognitionem
 ad solum Ecclesiasticum iudicem specta-
 re, res est Juris omnino explorati, c. *Nul-
 lus 2. c. Si quis contra 4. c. Si diligenti 12.
 de Foro comper. & c. Seculares 2. ibid. in 6.*
 secundum quos textus, tali casu iudex Ec-
 clesiasticus jurisdictionem, non in causa dun-
 taxat, sed in persona quoque, fori Ecce-
 llasticis privilegiò munitâ, fundatam habet,
 ut cum T. T. Canonistis & ipsomet Guido-
 ne, *Consil. 258. Berojo in Rubr. de Judiciis
 n. 15.* & aliis DD. antiquioribus tradunt
 Farinac. *Prax. Criminal. q. 8. num. 2.* &
 Oliva *de Foro Eccles. p. 1. q. 8. n. 64. & 65.*
 ubi cum Covarr. *Pract. cap. 35. n. 2.*
 §. *Verum*, hanc verissimam, ejusque con-
 trariam Opinionem omni legum & Ca-
 nonum, adde & rationis, auxiliò desti-
 tutam vocat.

Pro ista profectò apertè non facit allata
 ratio; cum personæ & loca Ecclesiastica
 etiam in causis temporalibus, specialiter
 non exceptis, Ecclesiasticum forum for-
 tiantur *cc. cit.* Ex Jure etiam nostro
 pro ea allegati textus, ut prima fronte
 magnam ostendent, animò tamen in ve-
 ritatem intentò lecti & æquâ lance pon-
 derati omnem vim amittunt.

120. Primò enim locò adductus ad rem non
 est, quia c. *Causam cit.* textu possessiones,
 super quibus orta controversia Regiæ co-
 gnitioni adstruitur, non rerum spiritualiù
 hisve annexarum, sed merè temporalium,
 puta castrorum, prædiorum, villarum,
 fundorum &c. fuit. Imò eò possessionum
 nomine ipsa castra, villas, prædia, fundos
 &c. denotari, & super his inter laicos
 ortarum quæstionum discussionem judi-

cialem Regiæ Curia stabiliri, cum *citt.
 Gutierrez n. 28. & Barbosa n. 178.* rectè
 observant laudatus Rambeck *num. 20. &
 Haunold Tom. 1. de J. & J. Tract. 1. n. 269.*

Aliquam in speciem, re ipsa nullam
 vim etiam habet, *can. Petimus cit.* quia
 hòc locò potestas sive brachium Seculare
 fuit implòratum; non ab ea super causa re-
 cuperanda possessionis plebis judicialiter
 pronuntiatum, ut cum Menoch *Recup.
 remed. 15. n. 213. & Gutierrez cit. n. 27.*
 notat Barbosa *cit. n. 178.* quorum expoli-
 tioni non adferantur verba, *Authovitate
 Judicialia;* quia Rectorem provinciæ Ju-
 diciariam potestatem appellatum: eum-
 que, ut Episcopum quasi possessione a-
 lienæ plebis, quam à Concilio Carthagi-
 nensi restituere jussus jam erat, judiciariâ
 auctoritate, sive vi deiceret, requisitum,
 notat *idem* Haunold. *n. 267.*

Minùs ad rem: imò æquò mentis 121.
 oculò lecti intellectumque omnino nihil
 confert, quò adversa pars maximè nititur,
 c. *fn.* quia istò sermo est, non de posses-
 sione alicujus spiritualis, sed merè pro-
 phani juris eligendi Prætorum, seu Præ-
 fectum castri politicum & Secularem,
 ut *ibi* cum Glossa *V. Promulgârunt*, Ho-
 stiens. Innocent. *pr. Panormit. n. 9.*
 Berojo *in Rubr. de Judiciis num. 6.* Ec-
 clesiastici Juri interpretibus principalibus
 agnoscunt Menoch. *Recup. remed. 15. n.
 217. Covarruvias Practic. cap. 35. n. 1. §.
 secundò, Garcias p. 1. de Benef. cap. 2. n. 48.*
 Gutierrez *Lib. 1. §. 2. Canon. cap. 34.
 n. 19. & Barbosa cit. §. 2. n. 177. & in
 c. fn. cit. in Select. n. 3.* & ex ipso textu
 liquet, cum; quia istò agitur de Jure e-
 ligendi Rectorem castri, non parochiæ,
 vel alterius Ecclesiæ: & de istius Recto-
 ratu aliarum Præturarum & præfectura-
 rum instar temporaneo duntaxat; non, ut
 Parochiarum, aliarumque Ecclesiarum
 Rectoratus, tanquam beneficia Ecclesiasti-
 ca pro-

ca propriè accepta, de Jure sunt, *c. an. fin. dist. 70.* perpetuo, ut clarè produnt verba, *ut tempus regiminis electi inutiliter elabatur*; tum verò; quia in memorati castri Rectorem, non clericum aliquem, sed laicum electum, indubitatum est ex rescripti Apostolici *c. cit.* relati tenore pleniore, quò ab Abbate & Conventu electum habetur *Nobilem* virum D. Vinciwerra, epithetò, in literis Apostolicis virù aut juvenem sanguinis splendore vel dignitate aliqua Seculari conspicuum denotante, ut receptò Curie stylò docemur. Unde, qui *c. fin. cit.* de spiritualis juris possessione actum volunt, erroris ex ipso, quò nituntur, textu vincuntur, & perperam se fundant in eo; quò de Jure illius proprietate cognoscere non poterit potestas Florentina Secularis; quia hoc non ob illius spiritualitatem, sed idèò non valuit; quò Abbas cum suo Conventu, qui in Possessorio fuit actor, & sententiam pro se tulit, in Petitorio, quò de illius juris proprietate agendum erat, fuerit reus; ac proinde coram Ecclesiastico, non coram Seculari iudice conveniendus, arg. *c. Nullus c. Si diligenti Sc. cit.* junctò, *c. Cum sit generale 8. de Foro compet.* ut cum Panormit. *in c. fin. cit. n. 15.* & aliis DD. *citt.* notat Pirrhing ad *Rubric. de Judiciis n. 81.*

12². Secundò, de rei spiritualis quasi possessione, quoties ejus causa admixtam habet quæstionem Juris in judicio discutendam, & justificandus est ejus titulus, ut serè semper accidit, cum ad rei spiritualis, aut huic annexæ quasi possessionem primùm adipiscendam agitur, solus iudex Ecclesiasticus cognoscere potest, etiam si reus conventus laicus sit, ut cum Panormit. *in c. Literas 2. de Juram. calum. n. 8. Berojol. cit. n. 15.* & aliis Interpp. docent *citt.* Covarruvias *cap. 35. num. 8. conclus. 1. Guttierrez n. 4. Menoch. n. 235.*

& id Jure omnino indubitatum, asserens *Oliva cit. q. 8. an. 56.* Ratio est; quia causa involvens quæstionem juris spiritualis, & justificationem tituli est spiritualis, hòc ipsò; quòd titulus & jus detinendi rem spirituales sit spirituales.

Tertiò, si verò causa ejusmodi possessoria juris quæstionem admixtam non habeat, ut fieri solet, cum intentatur possessorium retinendæ vel recuperandæ, & litigantium uterque, vel saltem reus conventus laicus est, de ea cognoscere iudex etiam laicus potest, secundùm sententiam *citt.* Menochii *n. 212.* Guttierrez *n. 17.* Farinac. *Prax. Criminal. q. 8. n. 25. & 150.* Canisii *in c. fin. cit. de Judiciis n. 8. & de Decimis cap. 18. n. 13.* & aliorum, relatorum à Barbofa *citt. §. 3. n. 172.* & Sperello *Decis. 8. n. 54.* eam non obturè amplectente *n. 55.* Potest, inquam, non *Debet*; quia causas hujusmodi possessorias fori Mixti; ac proinde locum præventioni esse, & laicum v.g. super turbatione vel spoliatione quasi possessionis decimarum coram iudice Ecclesiastico conveniri posse, habet *Menoch. cit.* & cæterorum DD. de Ecclesiæ potestate rectè sententiarum constans est doctrina: pro qua, præter eam, quæ ex connexionem hujusmodi possessorii cum proprietatis causa petitur, ea etiam ratio facit; quòd Ecclesiam in quasi possessione, v.g. juris decimandi turbans, & præsertim eà spolians, reus sit Sacrilegii, ut cum Panormit. *in c. Literas 2. de Juramento calum. n. 8. Berojo cit. n. 15. Menoch. cit. Remed. 15. n. 107.* & aliis *Castro de Manu Reg. p. 2. cap. 24. n. 15.* agnoscat: Sacrilegii autem Crimen fori Mixti, ac proinde Ecclesiastici iudicis cognitioni obnoxium sit, *c. Cum sit 8. & c. Conquestus 16. de Foro compet.*

Quòd autem de ejusmodi causa cognoscere iudex etià Secularis valeat, præventionem

hationem aliqui ex variis *cc.* conantur e-
 tuere. Sed nequiquam; cum, ſicut
 ei contraria, ſic ipſa etiam claro aliquo
 Juris textu non ſit expreſſa, ut eruditè
 125 offendit *cit.* Haunold. à n. 265. Unde
 pro ea melius argui inde poteſt; quòd,
 an de ejuſmodi cauſis poſſeſſoriis Secu-
 laris iudex cognoſcere poſſit, dubium
 ſit, ut, qui id negant, ipſimet non infi-
 ciantur. Cum ergo ex una dubii Juris
 interpres optima ſit conſuetudo, *c. Cum*
dilectus 8. de Conſuet. &, quàm iſta dat,
 declaratione ſtandum ſit, ut ex commu-
 ni aſſerit Marian. Socinus *Lib. 3. Conſil.*
105. n. 21. ab eaque præſentis contro-
 verſiæ deciſionem non parùm pendere,
 ex Florentiſſimæ Uniuerſitatis noſtræ T. T.
 cenſeat Haunoldus *l. cit.* & ante hunc
 Tannerus *Diſp. 5. de Relig. q. 3. dub. 2.*
n. 41. ex altera verò parte, celebriorum
 totius Europæ & Germaniæ etiam no-
 ſtræ curiarum præxiſ ſeu conſuetudo e-
 juſmodi cauſarum cognitionem, cum reus
 laicus eſt, Secularibus etiam iudicibus
 permittat, idem in dubio etiam de Jure
 obtinere, eſt aſſerendum. Confirmatur
 hæc ratio & reſolutio; quia de re etiam
 ſpiritali & huic annexa mota contro-
 verſia poſſeſſoria, quæſtionem juris ad-
 mixtam non habens, non videtur eſſe
 ſpiritalis, ſed temporalis; cum *vg.* ex-
 actio, præſtatio, negatio, occupatio de-
 cimarum, præſentatio clerici à laico fa-
 cta & iſtius neglectus, per quos actus
 juris decimandi vel patronatûs quaſi
 poſſeſſio acquiritur, retinetur, turbatur,
 amittitur, ſint actus merè temporales, &
 in factò conſiſtant, *l. 1. §. 3. in fine. ff. de*
Acquir. poſſ. Covarruvias in Reg. poſſeſ-
ſor p. 2. pr. n. 1. de factò autem à ſpi-
 ritualitate abſtractò, non appareat, cur
 cognoſcere nequeat iudex Secularis; cum
 poſſeſſio cum proprietate nihil habeat
 commune, *l. Naturaliter 12. ff. eadem*

Rubic. & Facti atque Juris quæſtiones ſunt
omnino diverſæ, Jalon in l. Quoties 3.
C. de Judiciis & Ripa in c. Decernimus
cit. n. 17. Unde in contrarium allata
 ratio ſecunda cum confirmatione evane-
 ſcit.

Non difficilior eſt prima, eaque al- 126.
 legata continentia cauſæ, partim; quia
 agi poteſt ſolò poſſeſſoriò Retinendæ vel
 Recuperandæ; *vg.* cum parochus in qua-
 ſi poſſeſſione juris decimandi, quod ipſi
 competere conſtat & nemo negat, ſe eſſe,
 aut fuiſſe, in eaque turbatum, aut ſpo-
 liatum queritur, & reſtitui petit, Cani-
 ſius *c. cit. n. 6. & 7.* partim; quia, ſi caſu,
 quò de poſſeſſione & proprietate rei tem-
 poralis lis eſt, prioris cauſâ in foro Se-
 culari terminatâ, de poſteriori in Ecce-
 ſtaſtico agi, itaque ſcautâ continentia di-
 vidi poteſt & debet; cum ſuper iſta con-
 ventus clericus eſt, per text. *c. ſm. cit.*
S. diſta n. 121. quid obſtat, quò minus, rei
 ſpiritalis poſſeſſoriò in Seculari finitò,
 cauſa proprietatis, non obſtante continen-
 tiâ, in foro Ecceſtaſtico diſcutiatur? cum,
 ſicut priori reus perſona Ecceſtaſtica, ſic
 poſteriori caſu res, de qua agitur, Ecce-
 ſtaſtica ſit, & non obnoxia foro Seculari?
 ut rectè arguit *cit.* Haunold *n. 262.*

Satis etiam expedita reſponſio eſt
 ad tertiam; quia, eſto in ejuſmodi poſ-
 ſeſſoriò exhibendus & probandus ſit ti-
 tulus, ſaltem coloratus (quod tamen
 ſemper neceſſarium negat Panormit *in c.*
In literis 5. de Reſtit. Spoliat. n. 12.) hoc
 tamen non obſtat judici Seculari: qui,
 etſi cognoſcere nequeat de tituli veritate
 & viribus, de ipſius tamen coloratione,
 cum in factò conſiſtat, cognoſcere non
 prohibetur in multorum ſententia, quam
 Menoch. *Retinend. remed. 3. n. 334.* &
 Farinac. *q. 8. n. 23.* & apud hos alii de-
 fendunt.

Minus, quàm rationes obſtant in 127
 Ec 2 contra-

contrarium allati textus; quia Imprimis, *c. Decernimus & Clement. fin. cit.* Possessorii neque verbó quidem mentio fit: sed priori solummodo cavetur; ne laici Ecclesiastica negotia tractare præsumant: cuiusmodi negotium propriè sumptum causa possessoria juxta dicta non est, si juris quæstionem non habeat admixtam; posteriori verbó, decimarum debitores ad earum solutionem compelli quidem posse dicuntur per censuras; non tamen excluduntur alia remedia, quibus earum debitores laici à Seculari iudice compellantur. Deinde *Clement. unic. cit.* agitur de sententia super beneficiis lata contra clericos: quos, tam in iudicio Possessorio, quàm in Petitorio, in foro tantùm Ecclesiastico conveniendos esse, jam est dictum.

ARTICULUS VII.

De earundem Causarum Ordine & Cumulatione.

SUMMARIUM.

128. Possessorium regulariter:
129. Secundum aliquos semper Petitorio pramittendum est.
130. Verius hoc cum Adipiscenda & Recuperanda Possessorio cumulari potest.
131. Si quis utrumque iudicium subire simul velit.
132. Sententia in utroque lata vis.
133. Petitorii cum retinenda Possessorio cumulationem rejicientium.
134. Eamque admittentium Opinio verior.
135. Spectatio Jure & Ratione.
136. Utróque cumulatò simul pronuntiatur de utroque:

137. Nisi de altero tantùm liqueat.
138. In executione prævalet sententia lata in petitorio.
139. Ab isto ad Possessorium transire,
140. Etiam in secunda instantia licet,
141. Et potest sine libelli mutatione,
142. Ante, non etiam post conclusionem in causa;
143. Nisi transitum gravis ratio suadeat.

Perumque prius de Possessionis, quàm Proprietatis causa cognoscendum, patet ex *l. Incerti 2. C. de Interdictis*: idque; ut coniter, quis actor sit vel reus; quia in Possessorio victor rei partes agit in Petitorio, & probandi onus rejicit in adversarium, qui, si rem esse suam aut injustam alterius possessionem probare nequeat, causâ cadit, *Retinenda 4. V. Commodum, Institut. de Interdictis*. Ubi

Dubium & controversia inter DD. est, an Possessionis & Proprietatis causas, sive, ut loquuntur, iudicium Possessorium & Petitorium possint cumulari; ut actor eundem reum super ejusdem rei possessione & proprietate convenire simul possit; hoc enim cum Bartolo in *l. Naturaliter 12. §. Nihil commune 1. ff. de Acquir. possess. n. 14.* aliqui generaliter negant propter textus *l. Incerti cit. l. Ordinarij 13. C. de R. V. & l. Si de vi 37. ff. de iudicijs*, secundum quos, ortâ possessionis & proprietatis lite, prius possessionis quæstio decidenda; dein probationes dominii sive proprietatis recipienda sunt ab eo, qui in possessorio est victus, *§. Retinenda cit.* ubi actio in petitorio institui non posse dicitur, nisi exploratum sit, utrius sit possessio: & demum propter *l. Nemo 43. ff. de R. J. cuius §. 1.* quoties ejusdem rei nomine plures actiones concurrunt, unâ quem experiri debere, asseritur,

Nihilor

130. Nihilominus cum Petitorio iudicia Poſſeſſoria, ſaltem adipiſcendæ & recuperandæ poſſeſſionis, cumulari de Jure poſſe, cum Innocentio in *c. Paſtoralis* 5. & Bartolo §. *Nihil cit.* n. 14. rectè defendunt Menoch. *Adiſc. remed.* 4. n. 517. & *Recup. remed.* 1. n. 113. Hunnius *Vol.* 1. in *Treutl. diſp.* 12. q. 45. & Gonzalez, in *c. Cum dilectis* 6. hâc Rubr. n. 14. id delumentes ex *c. Paſtoralis cit.* cujus *V. Conſultationi*, Innocentius III. decernit, ab eo, qui rem tanquam ſuam vindicare cepit, poſſeſſoriò adipiſcendæ & recuperandæ agi poſſe, antequam in cauſa ſit concludum. Idem colligitur ex *c. Cum ſuper* 4. *c. Cum dilectis cit.* *Clement. unica hâc Rubr.* & *c. Significaverunt* 46 de *Teſt.* & *atteſt.* quibus aliſque Juris Eccleſiaſtici textibus poſſeſſorium cum petitorio in idem iudicium eſt deductum: ex *l. Cum fundum* 18. ff. de *Vi armata*, ſecundùm, cujus §. *ſm.* iudiciò, quod de proprietate eſt, ſive petitorio pendente, interdicto *Unde vi*, quod recuperandæ poſſeſſorium eſt, agi poteſt: & ex *l. 1. §. 4. ff. Quod legato- rum verbis*, *Belliſſimè Arrianus ſcribit*, *hereditatis petitionem*, quæ proprietatis, *inſiſtendum & hoc interdictum Unde vi*, quæ poſſeſſionis cauſa eſt, *reddendum*. Ratio eſt; quia hòc pacto, cum ex duabus cauſis quodammodo fiat una, diminuuntur lites; pro quo iudici magnopere laborandum eſt, *c. ſinem* 5. de *Dolo* & *l. Pro- perandum* 13. *C. de Judiciis*.

131. Ex prioribus ſive in contrarium allegatis textibus aliud non inferitur, quam poſſeſſionis quæſtionem priùs diſcutiendam cauſa, quò neuter litigantium in ſe recipere vult onus probandi; quòd, ſicut de proprietate, ſic & de poſſeſſione uterque contendat; tali enim cauſa, ut conſtet, cui probatio incumbat, utique priùs diſcutienda eſt quæſtio poſſeſſionis, §. *Retinenda cit.* Non etiam cauſa, quò actor

Ceſſi ſpoliatus, qui reſtitutionem petere ante omnia poſſet) poſſeſſionis & domini in ſe recipit probationem, Vallenf. *ad hanc Rubric.* §. 4. n. 5.

Neque cum his pugnat *l. Nemo cit.* §. 1. quia Poſſeſſorium & Petitorium ſunt duo iudicia diverſa: & ad diverſa, unum ſcilicet ad poſſeſſionem, alterum ad proprietatem evincendam tendunt; & propterea, unum intentans, non hòc ipſò alteri renuntiare cenſetur. Neque, ut aliqui opponunt, ſententia in uno lata inutilem reddit alterà partim; quia, qui in utroque obtinuit, tam poſſeſſionis quàm domini commoda confequitur. Contrà, qui obtinuit in ſolo poſſeſſorio, ſolius poſſeſſionis, non etiam domini, commoda confequitur: & qui in ſolo Petitorio obtinuit, non hòc ipſò præteriti temporis fructus confequitur, ut in *c. Cum dilectis cit.* cum *Fermoſino* q. 1. n. 14. advertit Gonzalez n. 18. partim; quia ſententia lata in poſſeſſorio exceptionem rei iudicata in petitorio non parit, *l. Et an eadem* 14. §. *ſm.* ff. de *Except. rei jud.* ſed ſolummodo onus probandi transfert in eum, qui eſt victus, *l. Exitus* 35. ff. de *Acquir. poſſ.*

Dubium ſecundò & major contro- verſia eſt, an Petitorium cumulari etiam valeat cum Poſſeſſorio Retinendæ. Quod negantium Opinio, à Juris Interpp. teſte Menochio *Retinenda remed.* 3. n. 512. communiter recepta, fundatur partim in *c. Paſtoralis cit.* ubi laudatus Innocentius Papa, pro petitorii cum poſſeſſorio adipiſcendæ & recuperandæ cumulatione reſcribens, ſubjicit verba, *Alia poſſeſſoria iudiciis in ſuo robore duraturis*: quibus, dum in petitorii cum cæteris, ſcilicet Retinendæ poſſeſſionis interdictis, cumulatione aliud obtinere ait, iſtorum cum illo cumulationem non obſcurè rejicere videtur: partim in repugnantia hujusmodi cumulationis; quia ex una, actiones con-

E e 3

tratiæ

trariæ cumulari nequeunt, *l. 1. C. de Fur-
tis*; ex altera verò parte, Rei Vindicatio,
imò generaliter Petitorium & retinendæ
Possessorum actiones & judicia contraria
sunt; qui enim agit interdictò retinendæ,
fatetur se possidere, & per adversarium
in possessione turbari: qui verò rem vindic-
at, asserit adversarium possidere, ac
proinde, se non possidere, tacitè fatetur;
cùm ei, qui possidet, actio in rem non de-
tur, §. *Equè 2. V. Quod genus, Instit. de
Alien. §. l. Qui petitorio 36. ff. de R. V.
Glossam c. cit. V. Quod de recuperanda.*

134. Sed verisimiliùs etiam hæc judicia
cumulari aliquando posse, admitit Cynus
in *l. Ordinarij cit.* quem præter alios Fa-
chineus *Controvers. Lib. 8. cap. 6.* Petr.
Barbosa in *l. Si de Vi 37. ff. de Judiciis à
n. 384.* Zoëlius *ad hanc Rubric. n. 6.* &
Vallenf. *ibid. §. En. 4.* secuti sunt, propter
135. textum *c. Cùm super §. c. Cùm dilectis cit.*
quibus Petitorij & Possessorij cumulatio
conceditur sine exceptione, & ullâ inter
Interdicta distinctione: & *l. Naturaliter
cit.* quâ interdictum *Uti possidetis* sive
possessionis retinendæ disertè conceditur
ei, *Qui capit vindicare.* Ratio est; quia
hoc contingit, si contra naturaliter possi-
dentem agatur rei vindicatione & simul
Interdictò retinendæ possessionis Civilis,
quam penes se actor esse contendit: quod
fieri sine ulla repugnantia potest; cùm ean-
dem rem ab uno naturaliter, ab altero ci-
vilitè possideri, non repugnet. Imò Val-
lensis *cit. n. 4.* cum Petitorio cumulari
posse vult interdictum retinendæ à natu-
raliter simul & civiliter possidente contra
eum, qui rem detinet tantum, v.g. depo-
sitarium, vel commodatarium, utpote ha-
bentes facultatem rei restituendæ, *l. Offi-
cium 9. ff. de R. V.* Eòdem modò clericus
Petitorium cum Possessorio retinendæ in-
tentare poterit contra laicum, dignitatem,
vel beneficium, aut aliud jus Ecclesiasti-

cum, in laicum de Jure non cadens, deti-
nentem. Unde ratio in contrarium de-
ducta corrui.

Neque urget *c. Pastoralis cit.* tex-
tus; quia istò Papa Possessorij retinendæ
ideo non meminit; quòd de eo non fuerit
consultus. Neque refert; quòd addide-
rit verba, *Aliis possessoris in suo robore di-
raturis*, quæ vindicationem sui naturâ
præcedunt; quia intelligi possunt de casu,
quò unus idemque non luitcipit probatio-
nem utriusque, tam proprietatis, quam
possessionis, Zoëlius in *Rubr. ff. de Inter-
dict. num. 10.*

Dubium tertio est de pronuntiatione
ne super causa Possessionis & Proprietatis
in judicio cumulata: quòd casu, si de ut-
traque liqueat, utraque unâ sententia tet-
minanda est, *c. Cùm dilectis 6.* ita tamen;
ut, licet unò eodèmq; tempore super ut-
traque pronuntietur, ea, quæ de possessione
ne est, alteram immediate antecedat; &
licet in rei veritate, sicut causæ sive articu-
li, quos concernunt, sic etiam ipsæ duæ &
diversæ sint, propter unitatem tamen
temporis & chartæ, ex qua recitantur,
una eadèmq; sententia esse videatur, ut
Vivianus in *c. cit. §. in c. Cùm dilectis 2. de
Ord. cognit. V. Eadem monet.* Ratio est;
quia, licet utraque causa cumuletur, ordi-
nariè tamen priùs discutienda est causâ
possessionis, quàm proprietatis, *c. Ad ul-
timum 2. §. l. Ordinarij cit.* ac proinde
idem, qui in cognitione, etiam in pronun-
tiatione ordo observandus: nisi de
altera tantum v.g. de possessione liqueat;
hòc enim casu de ista tantum, Petitorio
interim suspensò, poterit pronuntiarì, *c.
Ad ultimum cit.*

Aliter, quàm in pronuntiatione, pro-
ceditur in executione; in hac enim præ-
valet proprietatis; quia, licet ordine pos-
terior, potior tamen & efficacior est sen-
tentia, lata super proprietate; ut eam, qui
super

ſuper poſſeſſione pronuntiatum eſt, & principale iſtius effectum abſorbeat; quia victor in Petitorio poſſeſſionem ad ſe trahit; cum res ei reſtituenda ſit ab eo, qui in ſolo Poſſeſſorio vicit, Panormit. *in c. cit. n. 10.*

139. Dubium quartò eſt, an agens Petitorio, ſi difficilem experiatur domini ſeu proprietatis probationem, ad Poſſeſſorium v.g. poſſeſſionis à ſpoliatore recuperandã recurrere poſſit, poſtquam lis conſeſtata & aliquoſque jam proceſſum eſt in cauſa: ut, dum poſſeſſionis cauſa diſcutitur, Petitorium ſive proprietatis cauſa ſuſpendatur. Ratio dubitandi eſt; quòd poſt litem conſeſtatam mutari nequeat libellus, *l. Edita. 3. C. de Edendo*: & actio propoſita priùs ad finem perduenda ſit, quàm ad aliud procedatur, *Aurb. Qui ſemel C. Quomodo & quando iudex &c.*

140. Sed iſtius rationis vim enervat deſiſſio Juris utriuſque, iudicii Petitorii priùs intentati, antequam allegationibus & probationibus renuntiatum & in cauſa conſeſtatum ſit, ſuſpenſionem & tranſitum ad Poſſeſſorium diſertè permittentis, *c. Paſſoralis cit. c. Significaverunt 36. de Teſt. & atteſt. & l. Cum fundum 18. §. 1. ff. de Vi armata*: quod non ſolum in temporalibus & prophanis, ſed in beneficialibus quoque cauſis: neque ſolum in prima, ſed in ſecunda quoque iſtancia & cauſa per appellationem ad ſedem Apoſtolicam devolutã, procedere, *Clement. unicã* habetur, & ibi notat Barboſa *n. 2.* Ratio eſt; quòd, Petitorium intentans, Poſſeſſorio non hòc ipſò renuntiãrit; cum proprietates & poſſeſſio nihil habeant commune, *l. Naturale & §. Nihil cit.* Accedit; quòd ex una, ordinariè poſſeſſorium tanquam preparatorium priùs intentetur, *l. Exius cit. & l. 1. §. ſm. ibi, Ut ſuperiora interdiciã, ff. de Aqua quotid. & eſt. ex*

altera verò parte, res facilè ad ſuam naturam revertatur.

Neque huiusmodi tranſitu mutatur **141.** libellus, ſed ei ſolum aliquid additur: & ſi mutaretur, hoc fieret in caſu, Jure expreſſè permiſſo *text. cit.* & de re, ante litem conſeſtatam competente, & ad obtinendam victoriam in cauſa proprietatis conferente; ac proinde obnoxia mutationi, per tradita de mutatione Libelli *Tit. 3. à n. 24.*

Neque obſtat *Aurb. cit.* quia tranſiens ad poſſeſſorium, id non facit animò tergiverſandi, quod ibi vetatur: ſed ex juſta cauſa; ne ſcilicet deficiens in probatione omnino cadat cauſa: utque probans poſſeſſionem ſaltem obtineat in poſſeſſorio, & proprietatis probatione relevetur, *cit. Vallenſ. n. 8. in fine & Zoëlius n. 13.*

Dixi tamen, *Ante conſeſtionem in 142.* cauſa; quod in præcedentibus reſolutionibus ſubintelligendum eſt; quia ad Poſſeſſorium tranſitus & iſtius cum Petitorio cumulatio poſt illam non permittitur *c. Paſſoralis cit.* cum; ne lites litibus implicentur, & ex ipſis jurgiis jurgia oriantur, viãque aperiatur fraudibus, *c. cit. & l. Terminatò 3. C. de Fruct. & lites expenſ.* quia, ſi cumulatio eò jam progreſſis permitteretur, advertentes ſe in Petitorio deficere, Poſſeſſorium intentarent; itaque, litem ad finem jam perductam inſtaurandò, reum novis laboribus & expenſis fatigaret; tum verò; quòd per conſeſtionem in cauſa litigantes ſaltem Facti allegationibus renuntiãſſe videantur, *c. Cum veniſſet 25. de Teſt. & atteſt. & c. Cum dilectus 9. de Fide instrument* ideòque conſeſſio pro ulteriorum probationum excluſione & renuntiatione habeatur à Ripa in *l. Admonendi 31. ff. de Jurejurando n. 48. & Menochio Lib. 2. præſumpt. 63.*

Excipiendus tamen eſt caſus, quòd cum **143.** cumulatio

mulatio post conclusionem in causa ab a-
ctore exigeretur ex iusta causa, v.g. cum
perspicuis indiciis redarguitur iniquitas
invasoris vel possessoris, vel dominium
seu proprietatem probandi facultas ab
adversario est subtracta, occisis testibus,

vel combustis, aut aliter subtractis instru-
mentis, per quae de illis fides fieri posset,
hòc enim casu ab illo propositam Posses-
sorii cum Petitorio cumulationem ad-
mitti, aequitas postularet, Vivianus in c.
Pastoralis cit. in fine.



TITVLVS XIII. De Restitutione Spoliatorum.

Multa à cæteris Possessoris ju-
diciis diversa & peculiari con-
sideratione digna habent cau-
sæ, quæ pro possessione Recu-
peranda, sive Spolii restitutione, in judi-
cium deducuntur; ut proinde illorum ge-
nerali specialis istius pertractatio meritò
subijciatur.

ARTICVLVS I.

Regula de Spoliati Re- stitutione.

SUMMARIUM.

1. Spoliatus quis dicatur.
2. Regula de eo ante omnia restituendo,
3. Sive sit actor, sive reus,
4. Præsertim spoliatus re litigiosa.
5. Regula ratio,
6. Et modus faciendæ restitutionis:
7. Quam petens probare debet posses-
sionem,
8. Et violentam dejectionem,
9. Vel clandestinum ingressum in illam
vacantem.

10. Restituendus etiam est spoliatus heres:
11. Etiam contra heredem spoliatorum:
12. De Jure Canonico etiam contra pos-
sessorem singularem,
13. Conscientiam antecedentem spoliationis:
14. Secundum aliquos contra bona fidei
possessorem:
15. Quod, licet receptum Praxi,
16. Jure tamen non est expressum:
17. A iudice incompetente,
18. Et à competente contra judicialiter,
19. Non judicialiter procedente spoliatus
restituatur.
20. Nisi sententia contineat vitium sub-
stantiale.

Spoliatus hòc locò dicitur, qui pos-
sione rerum corporalium im-
mobiliùm, aut incorporaliùm quali
possessione vi aut clam, iniuste vel
indebite est dejectus, *can. 1. Ec. 3. q. 1. c.*
In literis 5. c. Item 6. Ec. hâc Rubric. l.
1. §. 9. & 24. ff. de Vi armata. De quo
Regula generalis est, Spoliatum ante
omnia restituendum, *can. cit. c. fin. de*
Ord. cognit. c. In literis cit. l. 1. cit. §. 31.
non reum duntaxat, sed & actorem *c. fin.*
c. Item cit. c. Conquerente 7. Ec. ut quan-
tumvis